



**Capita institutionis ad pietate[m], ex sacris scripturis &
orthodoxa Catholic[a]e Ecclesi[a]e doctrina et traditio[n]e
excerpta, in usum pueriti[a]e apud diuu[m] Gereonem,
Coloniae Agrippinae**

<https://hdl.handle.net/1874/424361>

Rariora

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Exoge
Institut
Pictor.

ANNA MAGDALENA
Die
1717.


E. oct.

51










Theologia

Octavo n°. 313.

RARIORA
duod.



N 37 C

1

CAPITA INSTITUTIONIS AD PIE tatē, ex sacris scripturis & or- thodoxa Catholice Ecclesiæ doctrina & traditiōe ex- cerpta, in usum pueri tię apud diuinū Gere nem, Colonie Agrippi næ

Per D. Ioannem Gropper Docto-
rem, eiusdē Ecclesiæ Scholasticū.

NEOMAGI, Cum Gratia & Privile-
gio Cæsareæ Majestatis, Excude-
bat Petrus Elzenius, Anno M.D.LII.

S D I E S T A D T
H O L D E R C A N T Z L E R ende
Raedē Skeysers, onser saller genedichste
Heren in Gellerlandt verordent, Hebbē
vā vuegē synder Maestets als Hertogē
van Gelre, ende Graue van Zutphen, toe
gelaten ende geconsentert, Laten toe en
consentern by desen Petren van Elzen
printer, vnuende hīnē die Stadt vā Nym
megen, dat hy sal moghen printen, ende in
den voerschreuen landen verkopen son-
der deshaluē te misbruycken dit boekē
gheintituleert, Capita institutionis ad pie-
tatem ex sacris scripturis, & Orthodoxa
Catholicæ Ecclesiae, doctrina &c. traditio-
ne excerpta &c. Ghemaect by den hoechs
gheleerden ende vuerdighen Heeren Jo-
han Gropper der Rechte Doctor, en Scho-
laster toe sant Gereōs hīnē Collē, Actū
toe Arnhem den xix. Januarij. Anno
M.D.LI. naetscriuen des
Hoff's Van Gel-
re,
onderteickent Berty

S Q V A E H V I C L I

bello insunt.

Symbolum Apostolorum, cum explicatione.

Oratio Dominica, cū explicatione.

Salutatio angelica, cū explicatione.

Decem præcepta, cū explicatione.

*Septem sacramenta, cum explicatio
ne.*

*Isagoge ad pleniorē cognitionē
doctrinæ Ecclesie Catholicæ.*

*Canon Ecclesiasticus Librorum uete
ris & noui testamenti.*

Summa doctrinæ Bibliorum.

A ij. IOAN

IOANNES GROP
PER LL. DOCTOR,
Pio Lectioni.

MISERTVS Iuventutis, quæ
hac uere deplorata tempestate,
per uarios hæreticorum libellos
(qui sub Catechismorū titulo passim spar-
guntur, & identidē noui prodeunt. & circu-
culerunt) misere corrūpitur, hunc libellū
succisiuſ aliquot horulis, uix tantum na-
tus oeiſ a gratiib⁹ & continuaſ occupa-
tionibus meis ex diuinis scripturis & ore
thodoxa Catholice & apostolicæ Ecclesiæ
doctrina, traditiōeꝝ excerpti & conscripti
Quē pueritiae Iudi literarij apud Diuum
Gereonem, cuius Ecclesiæ Scholasticus no-
cor, peculiariter nūcupauit: ut habeat illuc
Ludimagister, unde pueris curę ſuę per
me commissis & cōcreditis, lac matris Ec-
clesiæ (quæ columnæ ac firmamentum ueri-
tatis est) depromat & propinet, ſimplicesq;
ac rudes

ac rudes animos ad solidum Catholicæ do-
ctrinæ cibū quādoci capiendū formet ac
præparet: ad quem sumendum nūl incora-
rupto stomacho salutariter veniri non po-
teit. Non uero interim quo minus alijs quo
que Didascalij in hac urbe sancta & catho-
lica hoc libello (si suis Iudis literarijs con-
ueniri etiam videbitur) utantur: modo tan-
men nihil eius quod ad sententiam attinet
immutent, ac sciant copiosam horū omniū
explicationem petendam esse ex Enchiridio
sue Institutione doctrinæ Christianæ,
anno partē salutis 36. edita in Cōcilo Pro-
vinciali Agrippinē: cuius in Dei nomine
bene & fœliciter coepit, salutarem progres-
sum ille omnis honi hostis, & malij autor, fa-
tor & incensor diabolus, cum indicibili hu-
ius inclytæ dicescos detimento, postea
(quod ualde dolendū est) impediuit. Si ne-
ro alijs pueritię formatoribus hic libellus
minus arriserit, nihil secius ipse instituto
& desiderio meo (qui uni scholę potissimum
eum dicani) abunde satis factum putauer-
eo. Vtantur illi melioribus: sed hoc (oro)
A. siij. ante

ante omnia cogitent, huc eurent ne quid temere inventum proponat, nisi quod ceterum habeant sanæ & Catholicæ doctrinæ per omnia respondere: memores quod grave sit unum de Pueris suis critupete qui in Christum credunt. Necesse (inquit Dominus) est ut ueniant scandala, sed uæ homini per quem scandalum uenit. Expedit enim ei ut suspendatur mela asinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris. Quanta ergo poena putada est manere eos qui rudes adhuc & simplices inventus animis, cum bonis literis, rum sacrosanctæ Religioni nostræ inhibendæ cōsecratos, contra præsitam Deo & hominibus fidem peregrina & peruersa, seu manca saltem & truncata doctrina. qualis hereticorum est, uitiant ac violant: Quam certe poenam non aliter uitabunt, nisi elempta ista, ad receptum omnibus seculis intellectu & præscriptu, seu ut Epiphanius uocat, formâ & charæ Ecclesie Catholicæ, suis discipulis contradant, optimoq; liquore recentes testulas imbuant ac impleant, haereticorum autem

autem (a quib⁹ hæc opella nostra haud du
biū ridebitur) sannas & ronches, simo, ut
quod sentio dicam, insanias & fureres, nis
hil motor:uri neque impudentes eorū cas
luminias & mendatia, quibus in me hostiū
liter inuehīunt debacchanturq: Quid enim
aliud possunt homines corrupti mente, res
prebi circa fidem, q̄ resistere ueritati, &
exprobrare pijs? Sed ultra non proficent
Insipientia enim eorū manifesta facta est,
Iprimis Inuictissimo & Religiosissimo Im
peratori nostro Carolo, (qui mihi sane nis
sus est inter me & illos iam satis aperte
dijudicasse) & breui manifestior fiet òni
bus, nisi quos diabol⁹ plane cœcatos & ca
ptiuos iñduū tenet. Hæc ad te Lector pre
fari uolui, ne nescires quo instituto ad hęc
rudimenta concionanda descenderim.

Vale in Christo, quem pro me,
ut liberet ab importunitatibus &
malis hominibus, mihi
mala cogitantibus,
Exora.

A iiiij. CA

CATHOLI-
cæ & Apostolicæ fidei
Symbolum.

Prima pars de Creatione.

S. Ptrus. 1.

Credo in Deum, Pa-
trē omnipotētē,
creatorem cœli & terræ

Secunda de Redempione.

S. Andreas
z.

Et in Iesum Christum
filium eius unicū,
Dominum nostrum.

S. Iacobus
maior. 3.

Qui cōceptus est de Spi-
ritu sancto, natus ex Ma-
ria virgine.

Passus sub Pōtio Pilato,
crucifixus, mortuus, &
sepultus,

S. Ioannes.
4

Descēdit ad īfernā, tertia
die resurrexit a mortuis.

S. Thomas.
5

Ascendit ad cœlos, sedet
ad dexteram Dei patris
omnipotentis.

S. Jacobus
minor. 6.

Inde uenturus est iudica-
re uiuos & mortuos.

S. Philippus
7

Tertia de sanctificatione.

C Redo in spiritum
sanctum.

S. Bartolos
meus. 8.

Sācta Ecclesiā Catholica
Sanctorum communionē.

S. Matt. 9.

S. Simon Ca-
nanæus. 10.

A V. Remis.

S. Judas thas
dæus. 11.

S. Mathias.
12.

Remissionem peccatorū.
carris resurrectionem.
Et uitam æternam An. e.

EXPOSITIO Symboli.

Agust. de
symbolo, ad
Cathecu. II.
bro. 3.

Credere De
um esse Ioā.

4
1. Timo. 6.
Deo.

Ioan. 5.

In Deū Aus
gust. traxa.
III. 19.

In Ioannem

Credo in Deum, Abre
nūcio Satanae & eisq
pōpis & operibus eisq,
& CREDO unū uerum esse
Deum, spiritū æternum & im
mēsum, q̄ ecclis corporeis uis
derī non perteſt, nec ullo intel
lectu cemp̄hendi uel explicari.
Nec hoc tantū, sed & huic
uni Deo credo, uerissima cre
dēs quęcūq; ille in sacris suis
scripturis & oraculis tradidit
& reuelauit. Imo in ipsū quo
q; DEVM credo, hec z̄t, om̄
nem fiduciam & spem meam
ex affe,

ātu dilectionis (quo in eum tēs-
do) in eo repono & colloco.
Credo, inquam hunc Deū, unū
esse in substātia, trinū nōc in
personis: Patrem, & filium &
Spiritum sanctum.

*Patrem omnipotentem,
creatoꝝ eccl̄i & terræ.*

PAtrem, qui ab æterno filiū
genuit sibi consubstātialē,
coæternum, & indeitate coæ-
qualē. Patrem inquā OMNI
POTENTEM, CREATOꝝ,
REM COELI ET TER-
RAE, ut qui per eundē filiū
sūnū cooperāte spiritus sancto,
qui ex utroque procedit, sua
omnipotētia, qua quæcunq;
ult, potest, & b. suā ineffabile
bonitatē declarādam, ex nihili
lo creauit cœlū & terrā, &c oꝝ Creatioꝝ.
mnia quæcunq; Cœlo terraq;
continēs

S. Trinitas
vnus Deus.

Cōseruatio
Mat. 18.
Hebr̄. 1.
Roma. 8.

Matth. 7.

coninētur, uisibilia & inuisibilia. Et inter alias suas creaturas, me quoq; ex corpore & animo constātem hominē condidit, quæ exterioribus & interioribus sensib⁹, & intellec⁹, ratione, & uolūtate mirificè donauit & decorauit. CREDO itidem illum me (quem condidit) sua gratuita bonitate, qua cōseruant & sustentant oīa, seruare & per angelos suos bonos custodire, & uniuersas creaturas mihi (modo fideliter ei inseruit) in ministerium addicere Credo de nīq; illū tam spiritualia, quā corporalia bona, quib⁹ corpori & animo opus est, mihi in se credenti, affati suppeditare. Vnde quodq; uiciū me totū, meaq; illi à q; accepi cōadēdo, & cōsecro, siveq; diuine uolūtati permitto, sciens me in manu eius

nu eius esse, & ab eo, si fidelis
permanero, sive uinā, sive mo-
riar, seruandū, sine cuius uolū-
tate ne capillus quidē de capi-
te meo cadere potest.

*Et in Iesum Christum fi-
lium eius unicum, &c.*

Credo, & in I E S V M
CHISTVM filium eius
unicum, ut qui est ueruscum Filius natus
patre Deus, ab æterno genitus tur a nos ad
a patre, Deus de Deo, lumen de optionis:
lumine, Deus uerus de Deo Coloss. 1.
uero, cū nos sola gratuita adop-
tione filij Dei in illo facti fu-
mus, qui natura fuimus filij is-
ræ. Credo inquā, in hūc unicū
filiū, per quē facta sunt oīa, &
per quē oīa consistunt: quē me-
rito Dominū nostrū uoco, non
modo ratione Deitatis, ut est
dñs omniū creaturarū, sed &
quod

Peccatū ori-
gnale.

Libertas ar-
bitrii ad ma-
lum ante re-
generatio-
nem, & post
ad bonum.

quod homo factus, nos perdi-
tos à peccati mortis, & diabos
li tyrānidz, mirabili cōfilio re-
demerit, & sibi acquisierit; nō
auto quidē uel argēto, sed pre-
cioso sanguine suo pro nostris
& totius mūdi peccatis īnocē-
ter effuso. Etenim ipse est qui
propter nos homines, & prop-
ter nostrā salutē, nostri miseri-
tus (uidelicet qui in Peccato
Originali, hoc est, in carentia
originalis Iustitiae, cū carnali
concupiscētia, per Adæ primi
parētis nostri delictum in nos
propagato nascimur, & nati
in omne malum, donec in ipso
per aquā & spiritū regeneres-
mur, proni, atq; adeo serui pec-
cati, & proinde æternæ morti
addisti sumus) descēdit de cœ-
llis, nō locali loci mutatiōe, sed
ineffabilis suæ gratiæ & chari-
titatis in nos exhibitione, &
manens

manens quod erat, assumpta
humana natura, homo factus Redemptio,
est, ut nos in se credētes filios
Dei redderet. Conceptus est
de Spiritu Sancto, sine concus
piscētia, & nat⁹ ex purissima
Maria virgine, sumpta carne
ex eiusdē virginis purissimis Roma. 2.
sanguinib⁹ ut nobis fieret as Galat. 4.
pud patrē impolut⁹ Pōtīfex,
qui pro nostris & totius mūs Hebре. 7,
di peccatis satisfacere, & nos
stras fordes sua sanctissima pus
ritate abluere posset. PASS⁹
sub Pontio Pilato, crucifixus
mortuus. Ut ipse pro oībus
nobis (qui, ob primi parentis
nostrī delictū in nos deriuatū,
sceleratq; nostra propria po
stea addita, æternę morti ob
noxij eramus) mortuus, mor
tē æternā aboleret, deleto per
hāc satisfactionē suā (gratissi
mum

Abolitio
peccati seu
remissio pec
cati, per
mortem
Christi.

Coloss. 2.
Roma. 5.

Roma. 6,

I. Petri. 3.

mum patrī sacrificium) chyros
grapho mortis, per Adā debis-
torē in nos hæreditaria succes-
siōe trāsmisso: quod cū esset cō-
trariū nobis, ē medio sustulit,
affigēs illud cruci, quando uis-
delicet sui sanctissimi sanguis
nisi effusione, se illud denuisse
declarauit. Et sepultus est. Ut
se uere mortuū fuisse pro nos
bis ostēderet, & ut nos gratia
& imitatiōe eius, per fidē spi-
ritualiter cū illo sepeliremur
in mortē ueteris hominis, q̄
per sp̄itū eis regenerati, cū
eo in nouitatē uitę cōsurgeres-
mus, quod īmersio & reductio
ex aqua in Baptismate signi-
ficit. Qui & in anima, corpore
in sepulchro in tertiu usq̄ diē
reliktō. Descendit ad īfernā.
Non ut illic aliquid pateret,
sed ut solutis doloribus īfers-
ni, iuxta quod ī possibile erat
teneri.

teneri illum ab eo, spiritus pi-
orum Patrum, qui in eius ad-
uentū crediderūt, liberaret, ca-
ptiuitatemq; captiuam duce-
ret, & de diabolo, potētissime
triumpharet: quē sane trium-
phum multorum sanctorū pa-
trum qui dormierāt, resurre-
ctione & apparitiōe in sancta
ciuitate post resurrectionem
suā apertissime demōstrauit.

Tertia die resurexit à mor-
tuis, propter iustificationē no-
strā, ut qui credimus eum pro-
peccatis nostris mortuum, &
deuictis morte, inferno, & dia-
bolo, rediuiūt, & amodo non
esse moriturum, hac fide in
spem uitam regeneremur, &
accepto quo ille resuscitatus
est spiritu sancto, etiam nos
in nouitatem uitæ trāsformem-
ur, & ita adepta remissione
peccatorū nostrorū per fidē,

B. 1. & innouat

Ephe. 4.

f. Petri.
Iustificatio-
nis ratio.
Roma 5.
Roma 6.
1 Cor 6.
Remissio
peccatorū
p fidem,
innovatio
cordis p
charitatē.

& innouatione interioris hominis per charitatē, per eum dē spiritū in corda nostra difusam, iustificemur, ut non perseveremus, sed ut in illo vincētes peccatum, mortem, infernum & diabolum, vitam æternam cum eo habeamus.

Ioan. 3.

Acto. 1.

Ephes. 4.

Hebr. 6.

Ephes. 3.

Hebr. 3.

Matt. 26.

Hebr. 1.

Ascenditq; secundum humānitatē assumptā, propria uirtute, Ad cœlos, pro nobis præcursor factus, ut nos certos faceret, si radicati in charitate, confessionem fidei, & spei nostre, qua membra ejus effecti sumus, firmam tenuerimus, eo quoq; nos uirtute spiritus eius perueniētos, & subleuandos, quo ille præcessit. Sed etq; ad dexteram Dei patris omnipotentis. Hoc est, patri æqualis, pariq; cum patre potestia universa gubernat, & constituta super omnia, factus est nobis perpe

perpetuus. Aduocatus apud
patrem, semper interpellans
pro nobis, & impetrans nobis
omnia, quæcumq[ue] in nomine eis
& secundu[m] eius voluntate,
fideliter petierimus. Qui &
post completum numeru[m] ele-
ctorum, tempore destinato, in
ea forma qua ascendit, Inde
uenturus & redditurus est in
majestate magna, cum oib[us]
angelis suis, Iudicare omnes
homines, tam eos quos tum
adhuc viuos repererit, quam
ab origine mundi defunctos &
mortuos, sed suæ uocis uirtute
& potètia, in momento resu[n]cto[n]s
citandos, daturus his qui bona
egerunt, uitam æternam: qui
vero mala, ignem æternum.

Credo in spiritu sanctum.

Credo similiter in spiritu
sanctum Deum, terram
B. 2. inde

i. Ioau. 2.

Roma. 8.

ioan.

Iacob.

Matth.

i. Thes. 4.

Ioan. 15.

**Sacrificas
tio.**

Luc. 11.

in deitate personam ex patre
& filio procedentem, & patri
filioque coæqualem, qui uniuers
ficit & sanctificat omnia, &
extra quem sanctum est nihil
vide spiritus sanctus appellat,
quo inspirate locuti sunt pro
phetæ & sancti Dei homines.
Qui & Ecclesiam suo benefis
cio Sanctam non in angulo alio
quo mundi, sed in toto terras
rum orbe diffusam, per euang
elium in unitatem fidei (quæ
suum donum est) cōgregavit,
& quotidie colligit & congre
gat, purificando, illuminando, &
sanctificando, perficiendoq[ue] cor
da oīm, qui undique in hāc
stram coarantur. Ecclesiam
Catholicam, id est, uniuersa
lē: quæ Catholica ob id dicit,
ut ab hæreticorum latibulis
& scismaticorū conuēticulis,
quæ spiritu fallitatis retinatur,
discernas

discernatur: cum ipsa sit colūna & firmamentum ueritatis, proper spiritum ueritatis eā inhabitantem, & nunquam deserentem, quæ ex uniuersitate, antiquitate, & consensione doctrinæ & traditionis agnoscitur. Quam alio nomine Sanctorum communionem appello, quod fit societas omniū piorum hominum, inde ab initio mundi in unum mysticum corpus sub uno capite Christo per Spiritum sanctum affectissima coniunctione in uinculo charitatis & pacis conglutinata. In qua est talis omniū bonorum communio, ut credā omniū sanctorum bona opera & merita mihi (dum uiuē ēi⁹ membrum christi) subuenire, meq; defendere, iuuare, & conservare. Cæterum extra hāc, ueluti extra corpus Christi

B 3 mysti-

1. Timo. 3.

Note Ecclīæ Catechicæ:
Vide Virū cōfīdī Lysrenēsem,

Ephes. 4.
& 5.

Merita sācrorū as pud Deū uiuētiū nobis communitia.

Acto. 2.
Matt. 10
&c. 28.

Iean. 5.

I Corin. 5.

mysticum, ne propria quidem
benesacta, quamlibet in speci-
em eximia, conducere cuique
posse ad salutem. In qua quo-
que sola credo esse, Remissio-
nem peccatorum, quae accipit
fide per Baptismi & pœni-
tentiæ, aliaq[ue] sacramenta ad hoc
instituta. Credo quoq[ue] Car-
nis resurrectionem, Hoc est,
quod in nouissimo die omnes
homines qui fuerunt ab initio
mudi, quiq[ue] erit usq[ue] in finem,
audi et nocem filii Dei, & om-
nes qui in monumētis sunt, vir-
tute & potētia Spiritus sancti,
cū corporib[us] suis resurgent,
reddituri singuli de factis suis
rationem: & præcedent qui
bona fecerunt in resurrectione
nem viræ, qui vero mala ege-
runt, in resurrectione indicij.
Omnes enī manifestari epon-
tet ante tribunal Christi, ut re-
ferat

ferat unusquisque propter corporeum, prout gessit, sive bonum sive malum. Credo denique Visam eternam, qua beneficio Dei patris & filii, & spiritus sancti, fruentur omnes electi & prii, qui exuscitati rapient in nubibus chiamam Domino in aera, & sic semper cum Dominino erunt, in sempiterna felicitate & beatitudine iustorum quae sita est in perpetua uisio ne & fruitione summi boni. Quæ profecto quanta sit, quæ gloriosa, quam plena gaudiorum, & eorum honorum, quæ Deus diligenter se preparauit. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hæc ascendit, cuius quoque per gratiam Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, cui per hanc fidem insitus sum, me partipem fore credo. Amen. Hæc omnia cum

B 4. verissi

1. Thes. 4.

Psal. 16

1. Corin. 2.

uerissima esse persuasus sim,
idcirco dico amē, quæ est nox
sermonem confirmantis, & ra-
tum fore precantis, ueluti si
dicam ita certo fiat.

ORATIO DOMINICA.



Pater noster qui es
in cœlis sanctifice-
tur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum.

Fiat voluntas tua, sicut
in cœlo, & in terra.

Panem nostrum quotidi-
anum, da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos di-
mittimus debitoribus
nostris.

B 5 Et ne

Et ne nos inducas in
tentationem.

Sed libera nos à malo.

Amen.

EXPOSITIO ORA-
TIONIS DOMI-
NICAЕ.

P A T E R.

O Clementissime pater,
qui per filium tuum
unigenitum, nos mises-
ros Adæ filios, ex carne
peccatrice, in ira tua natus
in filios adoptionis gratius
bonitate cooptasti, & spiritu
tum sanctum tuum in corda
nostra

Roma. 5.
Ephe. 1.2.

nostra dedisti, in quo fidenter
clamamus. Abba pater certo
& vere credentes, quod nos
affectione paterno respicias. Ori
es nosler, huc est, omnium no
strum, qui in te credimus.
commonis pater. Qui per di
lectum filium tuum, in quo nos
fratres esse cognoscimus, qui
est caput nostrum, communem
hanc orationem (quam ad te
sedulo fundamus) dignatus es
dicere, & simil preliceri, te
quocunq' in nomine eius, &
secundum hanc formam, ab eo
praescriptam, in oratione cre
dentes. pie petierimus, nos ac
cepturos.

Qui es in coelis.

Qui coeli terrae conditor
licet ubique sis, omnipia implens,
inspiciens, regens, gubernans,
vegetans

Rem. 8
Galat. 4.

Malac. 2.
Matt. 23.

Matt. 6.
Matt. 2
Iean. 14.

Psal. 138.
Psal. 103.

Psal. 13.

2. Para. 5.
1. Timo. 5.

Matt. 5.

Quatuor
petūtur.

Eccle. 5.

Ioan. 1.

vegetans, & conseruans, præci-
pue tamen in cœlis: æternam
maiestatē diuinitatis tuae de-
claras, quē alioqui cœli cœlos-
rū non capiunt quē oculis cor-
poreis uidere nemo potest, &
quē ne angeli quidem compre-
hēdere possunt. Nos de tua bo-
na & paterna uolūtate per si-
liū tuū certificati, uere sentī-
tes semper egere nos diuina
tua gratia, qua nobis & æter-
na & temporalia beneficia, tā
corpo is quā animæ suppedita-
tētut, te suppliciter inuocātes
exoramus.

Sanctificet nomē tuū.

Da itaq̄ initio sancte pater,
ut nomē tuū gloriosum & ad-
mirabile sanctificetur, hoc est,
glorificetur & celebreſ toto
terrarū orbe. Illuminā oēs gē-
tes, ut cognoscāt̄ te solū esse ne-
rā Deum, & quē misit̄ Iesum
Christum

Christū, abrenūciātes Satānū,
& omnibus eius operib⁹. te
solū uerū Deū timeāt, te reuēs
reāt tibi fidāt, te diligant. Et
ā primis, ut nos credētes, oīa
quæcūq; cogitam⁹, dicim⁹ &
facimus, in nominis tuī gloriā
faciam⁹, per filiū tuū tibi gra-
tias agētes. Vtq; p uite nostrę
innocētiā & sanctimonīā, no-
mē sanctū tuū, q; in baptismo
iucatū ē super nos, ab oībus
hoībus sanctis, ceī glorificetur
que. Deniq; ut destruētis h̄ere-
sibus, erroribus & īpietatiō
universis, doctrinā tua cōle-
stis, in cōcordia catholicæ pro-
fessionis & ueritatis, ubiq; ob-
tineatur & effulgeat.

Adueniat regnū tuū.

Et cum Satan princeps mun-
di huius suæ tyrannidi suba-
scosteneat īpios, & īsidicē pi-
js, q; s tāq; leorugiens quērēs
circuit

Matt. 4.

2.

1. Cor. 10.

3

Matt. 5.

4

Roma. 10.

Ioan. 12.

14 & 16.

Ephe. 2.

1. Petri. 5.

Duo petū
tur. 1.

Psal. 102.

Regnum

Dei du-

plex.

Gratiae.

Psal. 119.

2

Gloriae.

Tu aperi-

tur.

Matt. 19.

1

circum, quē dñe dñe: Oramus
te, ut cuius regnū poterit x, q
dominaris omniū, æternū &
ubiq; est, in nos, q; regno Satana
næ eripuisti) regnū gratiae &
misericordiae tuæ uenire con
cedas, ut in animis nostris tu
solus regnes & iperes, eieciis
inde carnis & mudi concupis
centijs, & Satanæ præstigijs,
ut tu soli nos regas, gubernes
ac ducas, ne alicubi erremus,
ipigamus & labamur. Ut tuo
dictu & gubernatione, tandem
ab huiusmodi carnis ergasto
lo absoluti, ex regno gratiæ,
ad regnū gloriæ tuæ, regnū sô
mæ trāquillitatis, & oīm gaud
iorum plenum, perducamur.

Fiat uoluntas tua, sicut
in cœlo & in terra.

O pater cœlestis, quē admo
dū uoluntas tua in angelis &
lœlesti

cœlestibus ciuibus adspicer,
q tibi unanimes in tuo regno
seruiūt, & voluntati tuæ perfe
cte obsequiūtur: ita præsta,
ut & tua uoluntas in terra fiat:
ut nos q terrā icolimus, i reg
no tuo, quod inter nos est, tan
quam obedientes filij, illorū
imitatione, uoluntati tuæ (quæ
in tuorū præceptorum obser
uatiōe sita & semper bona ē,
quando nostra uoluntas, dum
tuæ non conformatur, mala sit,
& in malum proclivis) Iubens
tes obtemperemus. Ut exem
pto dilecti filij tui Iesu, uolunta
ti tuæ usq ad mortē obedien
tes simus, parati potius oīa
pati, quam à tua sancta uolun
tate discedere. Utq omnia ad
uersa, quæ uel ob peccata no
stra uindicāda & expiāda, uel
ad probationem nostrā nobis
clemēter immitis, patiēter fe
ramus.

Lue. 17.
Ioan. 14.
Matt. 5.

Genes. 5.

Hebre. 12,

**2 Tim. 3.
Matt. 10.
1. Petri. 2**

**Matt. 11.
Matt. 10**

Luc. 14.

Ioan. 16.

ramus, neq; fatigemur dñ abs-
te arguimur, persuasi te dilige-
re quos castigas, & flagellare
omnem filium quē recipis, &
omnes qui uelut pie uiuere,
ī Christo filio tuo crucē ferre,
& aduersa pati oportere, ut
tācū aurū igne probati & de-
fecati, ī regnū tuum purifica-
ti transuerantur. Ne sine, o pa-
ter, nos filij tui suave & leue
iugum excutere, q; suos disci-
pulos esse posse negat eos, qui
nolint crucē suam post illum
portare, & eum sequi, siue ui-
uēdum, siue moriendū sit: Qui
corde non percipiūt, quod ille
moriturns discipulis suis icul-
cauit, dicens: In mundo pressu-
ram habebitis, in me uero pa-
ce. Et alibi: Qui uerbum meū
audit, & credit ei q; misit me,
habet uitā æternā, & in iudi-
cium non uenit, sed transierit a
morte

morte in iritam.

Panē nostrī quotidiāz
num da nobis hodie.

O pater cœlestis, in quo uiuimus, mouemur, & sumus, qui alis & pascis uniuersa anima-
tia, quæ sub cœlo sunt, da no-
bis filijs tuis ad imaginē tuā
cōditis, quotidianū & necessa-
rium panē, tam corporis quā
anime. Da, nō superflua, sed
uictui nostro ad quotidianū us-
sum necessaria, quæ uere à te
diuinirus dari nō humana sol-
licitudine uel industria parari
uel obuenire sentimus, da (in-
quam) ut his sobrie refecti, ti-
bi quiete & trāquille seruia-
mus, & gratias pro cœlatis be-
neficijs agamus. Et quia nō i
solo pane terrestri, sed & in oī
p̄bo qđ procedit de ore tuo,
utuit homo, da quoq̄ panē di-

C uini

Acto. 17.
Psal. 103.

Matt. 4.
Petit tri-
plex panis

Pro. 30.
Panis ma-
terialis.

1
Panis uer-
bi Dei.
Matt. 4.

Psal. 13:

Ioan. G.

3

Matt. G.

Panis car-
ro Christi

Ioan. G.

uini & cœlestis uerbi tui, quo
reficias & pascas animam nos-
stram, qui & sine eo prorsus fame-
lica est, & cotabescit, da nobis
hunc panem, dulciorum super-
mel & fanium, operari, in hoc
exerceri & meditari die ac ne-
ste. Da deniq; nobis panem
spiritualē carnē Domini nos-
tri Iesu Christi filij tui, ut so-
lida fide manducantes hunc
panem de cœlo missum, dulciter
uidelicet recolendo carnē eius
pro nobis in cruce immolatā, &
sanguinē eius in remissionem
peccatorū nostrorū effusum
esse, deinceps p̄ctā uitātes, in eo
maneamus, & ipse in nobis, ut
per eum in nobis manet, uitā
habeamus æternam, sicut ipse
dixit: Qui māducat hunc panem
uiuit in æternum.

Et dimitte nobis debis-

ta

ta nostra, sicut & nos di-
mittimus debitoribus
nostris.

Duo pe-
tuntur.

O benignissime Pater, cuius
misericordiae nō est numerus,
qui nō uis mortē peccatoris,
sed ut cōuertatur & uiuat. O,
ramus te, qui in multis delis
quim⁹ oēs, remitte nobis pec-
cata & debita nostra, quæ uel
cōmītrēdo in legem tuam, uel
in omittēdo quæ facere nos do-
cuisti, perpetravimus. Et non
intres in iudiciū cū seruis tu-
is, quia nō iustificabit in con-
spectu tuo oīs uiuens. Si enim
dixerimus quia peccatum non
habemus, nos ipsos seducimus,
& ueritas in nobis non est. Si
autē confessi fuerimus peccat-
a nostra, fidelis & iustus es q.
nobis p̄ctā dimittas, modo &
nos cōseruis nostris suadelicta

Ezech. 18

Iaco. 2°

psal. 143°

1.Ioan. 2

C 2. remit

remittamus. Hanc enim viam
obtinēde remissionis , filius tu
us nobis ostendit. Ergo quia
p̄tā nostra constemur, & sc̄is
mus quia aduocatū habemus
apud te, Iesum Christū iustū,
qui est propitiatio pro peccas
tis nostris: nō pro nostris autē
tantū, sed etiā pro totius mun
di. Idcirco remitte quod pec
cauimus, siquidē & nos remie
timus debitoribus nostris. Et
quod nos ea ex parte, nondē
perfecte pr̄stamus, tu fac ut
pr̄stemus: ut ubi senserimus
nos uere & ex animo fratrib⁹
nostris sua delicta remisisse,
hīc uelut ex signo deprehēda
mus, te q̄q̄ nostris delictis ig
nouisse, innixi uerbo promissi
onis filij tui, dicētis: Si dimise
rīcis hominib⁹ p̄tā eorū, dis
mittere & uobis pater uester
coelestis delicta uestra.

Et ne

Et ne nos inducas intē-
tationem.

Licet o' Pater cœlestis, nos ē
regno Satanae in regno dilecti
stimi filij tui trāstuleris, nō ta
mē ab hostib⁹ nostris. Carne,
Mūdo & diabolo, nos plane
securos fecisti: imo toram uitā
nostram militiā esse uolusii,
qua cū illis perpetuo conflige
remus. Qui & per filium tuū
Iesum arma potentia Deo &
virtutē nobis suppeditasti, q̄
sub signis eius fideliter dimis
cates, oīm hostiū nostrorū uis
tores euadamo. Precamur is
taq̄ nō ut nō tēiemur (militan
dū eīm nobis ē fortiter contra
aduersarias potestates, mūdi
fallacias & carnis illecebras,
q̄ diu sumus in hoc corporis
tabernaculo, in quo caro cēcu
p̄lēit aduersus spiritū, & spi

C 9 ritus

Coloss. I.

Hostes
Christiāt
Militis.
Job. I.

2·Cor. 10.

Galat. 5

1.Cor.10

ritus aduersus carnē) sed ne
permittas nos inducī in tenta
tionem. neue finas nos in tenta
tione succubere, vel superari.
sed fac in tentatione prouētū.

Sed libera nos à malo.

Libera nos à malis præsentī
bus, præteritis & futuris. &
non modo ab his in quæ indu
cī possimus, sed etiam in quæ
inducī sumus: Libera inquit,
nos ab heretibus, schismatis,
peccati, clade, fame, & hello,
ab hostiis, uisibilibus & in
uisibilibus, innumeris insidiis
& insultib⁹, breuiter ab omnib⁹
huius mundi & æternis malis,
ut his omnibus tua virtute su
peratis, post hanc ultam misera
uitam consequimur æternā,
In Christo Iesu filio tuo Domi
no nostro.

Quia

Quia tuum est regnum,
& potestia & gloria, in
secula seculorum Amen.

Coronis q
adiscitur
in Greecis
exemplari
bus.

REGNUM, inquam, quo,
dominaris omnium. ET POTESTIA,
qua potens es fas
cere omnia abundantius quam
perimus aut intelligimus. ET
GLORIA, quae soli tibi,
a quo omnia bona prece-
duntur, debetur, per omnia
secula seculorum,
Amen.





ANGELICA
SALVTATIO.

AVE Maria, gratia
plena, dñs tecum.
Benedicta tu in
mulieribus, & benedis-
ctus fructus uerbi tui,
Iesus Christus, Amen.

AVE MARIA.

Quoniam fuerit a se-
culo patres & pro-
phetæ, te o' Maria a
lloge salutates, nasci defydera-
nerit. Tu emes illa mulier, qd
Deus primis nostris parentis
bq in miserrimā diabeli capti-
uitatē redactis, & mortis sen-
tentię obnoxijis. quādoq; oritur
rā reprobavit, ad serpentē dis-
cēs: Inimicitias ponū inter te
& inter mulierē, & semē tuū
& semē mulieris. Tu illa uir-
go, de qua prēcīnuit Isaías: Ec-
ce uirgo concipiet & pariet
C s filium

Genes. 3.

Esai. 7.

Ezai. 11.
Ambro.
serm. 36.

Ezec. 44.

filium, & vocabitur nomen eius
Ius Emmanuel. Tu illa subtilis
& nitida uirgula, de qua idem
propheta uaticinat, est quod
germinaret florē, cui incumbe-
ret spiritus sanctus, dicens: Es-
gredier' uirga de radice Iesse
& flos de radice eius ascēdet
& requiescer' super illum spiri-
tus Domini. Tu illa mirabilis
fœmina, de qua aliis prophe-
ta Hieremias prophetauit, di-
cēs: Quia creauit Dōs nouum
super terram, fœmina circūda-
bit uirum nempe eum, qui cas-
tissimis uisceribus mis̄cōcer-
pus, statī n̄ te perfectus fuit
Dens & homo. Tu illa oriēta-
lis porta, ad oriētē respiciēs
de qua Dominus apud Ezechī-
elem testatus est, q̄r porta hæc
clausa erit, & nō aperietur, &
uir nō trāsibit per eam, eritq̄
clausa prīcipi. Tu deniq̄ illa,
e qua

e quia ut Daniel vir desiderio
rū in spiritu uidit, precisus ē
Iapis sine manibus, qui factus
est mons magnus, & impletus
totā terrā. Et quis sufficerit
enumerare, quies tu in Mo
se & prophetis dulcissimis fa
guris adibata, & suauissime
salutata sis! Imo cūd Patres
memoremus quando Deus ip
se, misso archangelo suo Gas
hriele, inaudita haecenū salu
tatiōis forma, saluere te iussit,
& quādo archage'us q̄ ius
sus erat, reverēdissime ad im
plevit: O ādo quē cognata
tra Elizabet replēta spiritu
sancto, indignā etiā se, quē te
präsentē salutaret agnuit.
O cōmagis nes misellos, in hi
millimē & honorificentissimē
salutationis vocē pio affectu
prerūpere par est, quibus ha
bitantibus intenebris, & um
bra

Danie. 2.

Luc. 1.

Euse. 1.

Esaī. 9.
Matt. 4.
Mala. 4.

Gnes. 5.
Chrisof.
ser. 1+2.
Marii Cal-
daice Dña
latine.
Ambr. ca.
i. Luc.

bra mortis, ex te ortus est sol
iustitiae, Christus Deus noster
qui soluens maledictionē dicit
benedictionem, & confirmans
dens mortem, donauit nobis
vitam sempiternam.

AVE igitur, gaude & iætas-
re, & dignare nos laudare &
magnificare te uirgo sacrata,
quod tuā partu gaudiū itulisti u-
niuerso mundo; ubi genitura no-
stra ex Eva exūnis, tristitia,
& dolore ē plena. Ave (iniquā)
o MARIA, Dña nostra: quam
dominā vocari, tui germinis,
dominatoris oīs terræ, fecit
& impetravit autoritas.

Gratia plena.

Merito tenova formula cū
angelo salutamus, quæ nūscq;
ante lecta es, nūquā ante com-
perta. Soli tibi hæc salutario
seruabatur. Bene enī sola gra-
tia

ria plena diceris. quæ sola gra
tiam, quam nulla alia meruit,
cōsecuta es, ut gratia reple:
teris autore. Filius tuus solus
gratia plenus est (ut oīs gratiæ
fons) de plenitudine ònes acci
piuit. Tu sola gratia plena in
ter omnia uasa gratiæ, quib⁹
ille gratiam suā influendo cō
municet. Nam quæ alijs singu
lis præstatur per partes, hęc si
mul tibi se totā infudit gratiæ
plenitudo. Sicut enī pluuiā in
uellus descēdit, sic coelestis im
ber uirgineū in uellus. omnes
carnis nesciēs passiones placid
do se fudit illapsū, & tota di
uinitatis ūda, bībulo se nostre
carnis celauit in uellere, dos
nēc p patibulū crucis expresa
sum, terris oībus pluuiā salus
tis effunderet. Tu itaq̄ gratia
plena, in qua ut in tēplo & arca
requieuit gloria Dñi. Tu

plena

Ioan. L.

Chrisof.

ser. 143.

Hieron.

Psal. 70.

Chrisof.

ser. 143.

Aug. de
natura &
gratia, ca.
36.

Cyprian.
de ieinno
& tentatio
nibus Chri
sti.

Chrisos.
ser. 14.

plena fide & charismatib⁹ spi
ritus sancti: quā semper exci
pimus cū de peccatis agitur.
Præ cæteris em̄ tibi (quæ cō
cipere & parere meruisti, quē
nullū c̄nstat vel sensum uel
affectionem habuisse peccati) tanta
uis gratiæ collata est ut omni
ex parte peccatum uinceres:
quod omnes alij sancti se ha
bere deplorant,

Tu igitur plurimū a cæteris
differes, natura cōmunicabas,
non culpa.

Domīnus tecum.

En desideratissima uirgo, te
cum est dominus, qui ad te an
gelum suū miserat. Præcessit
ergo nūciū suum Deus, & qui
ad te mittit angelum, apud te
ab angelo inuenitur. Fuit qui
dem Dñs cū Abraham, Jacob,
Isaac, Mose, Iesua, David, pijs

q̄ om̄

¶ oibus, & salutatus est ab
angelo Gedeon, eadem uerbo
cum formula, sed aliter tecum
quam cum illis. Gedeon elegit
Dominus, & fecit saluatorem
Israelis de manu Madiā. At tu
nō Israeli tantum, sed toti mūs
do ceditisti saluatorē, q̄ ex pos
testate Satane ēne genus eri
puit mortaliū. Hunc uirgina
li tuo utero cōplexa, cōelo ma
ior facta es, orbe latior. Nam
Deum quē mundus nō capit,
sola cōcepisti, Dominus tecū cu
ius spiritus superuenit in te
cuius uittus obūbrauit tibi.
Dñs tecum, non gratia tantiū,
sed & natura, qui in tua se
clausit uiscera, factus homo.
**Benedicta tu in mulie
ribus.**

Leguntur quidem (o Demi
na) & aliæ foeminæ quib⁹ hoc
laudis

Judic. 7.

Chrisos,
ser. 153.

Luc. 1.

Iudicū. 5.

Iudit. 15.

Iaudis encomiū in seripturis
tributū est, sed ralde i mpari
(si ad te cōferatur) ratiōne: imo
quibus illud, ob hec potius tri-
butū est, q̄ tuī typus fuērunt.
Delbora & Barach collaudā-
tes lāhel, sic alloquuntur: Bene-
dicta inter mulieres lāhel. Et
summus sacerdos Iōachim, cū
universis presbyteris suis, Iu-
dith in hūc modum: Benedicta
tu filia a Dño, tu gloria Hies-
rusalē, tu lētitia Israēl, tu ho-
norificētia populi nostri, quia
fecisti uiriliter, & confortatū
est cor tuum, eo q̄ castitātē
maueris, & post uirū tuū m al-
terū nescieris, ideo & manus
Domini cōfortauit te & ideo
eris benedicta in æternū Istae
ergo benedicta p̄d̄icantur.
Illi quidē q̄ Sisarā hec q̄ Ho-
lofernē, homines, populi Dei
hostes occiderint.

Sed

Sed quanto iustius est, nos te
benedictā inter & super om̄es
nes mulieres prēdicare, quæ
nō cōtra huiusmodi aliquē ty-
rannū, sed contra serpentē an-
tiqū, qui totam orbem deci-
pit, viriliter dimicasti, & semē
benedictū protulisti, quod cas-
put illius cōtrivit. Tu igitur
potius gloria Hierusalē dices
ris, nō terrenę quidē illūs, sed
cœlestis. Tu letitia & dulcedo,
nō carnalis, sed spiritualis Isra-
elis, Tu honorificētia, non pos-
puli tantū Iudaici, sed Eccles-
iae Dei, toto terrarū orbe dif-
fusę. Quia uidelicet viriliter
fecisti, eo quod castitatem amas
veris, & virū (sicut ipsa dixi-
sti) nūquā cognoveris: virgo
ēm ante partum, virgo in par-
tu, & virgo post partū inuicis-
lata permāsistī hoc munus glo-
riosum, tu prima inter omnes

D 1 fœmi

Luc. 1.

Ambro.
Grego,
Marię ad
Euā colla
tio.

Irenaeus
lib. 5.
Maria ad
uocata fia
liorum Es
uæ.

Irenae lib.
2. contra
hęc ca. 33.

Orige. in
homi su
per illud:
cum esse
desponsas
ta.

fœminas Deo obtulisti. Et ma
nus Domini cōfortauit te, ut
lapsum infidelis Eusebi, tu uirgo
fidelis tuo ministerio instaur
res. Sicut enim illa seducta est
ut effugeret Deum. Sic tu sua
sa es, ut obedires deo, ut tu m
ieseduēt uirginis Eusebi, uirgo
Maria fieres aduocata. Et
quē admodū astrictū est mortis
genus humanū per uirginē, ita
solueretur per uirginē, æqua
līce disposita uirginalis iobt
dīctiæ, per uirginalem obedi
entia. Sicut illa habens uirū,
inobedientēs, & sibi & uniuerso
generi humano causa facta ē
mortis: sic tu habens prædesti
natū uirum, uirgo tamen mas
nēs, obediēs, & tibi & uniuer
so generi humano causa fuisti
salutis. Inobedientia Eusebi, per
tuam obedientiam exclusa est,
ad erigendum iacentiū genus,
quod

quod per mulieris temerariā
credulitatem fuerat ante deie-
ctū. Benedicta tu in mulierib⁹
Quia in quibus Eua maledi-
cta puniebat uiscera: nūc in ih-
lis gaudet, honorat, suspicitur
Maria benedicta. Beata ergo
quæ credidisti, quoniam in te
perfecta sunt omnia, quæ dicta
sunt tibi à Domino. Et uere
benedicta filia tu à Dño (ut canit
Ecclesia) quoniam per te fru-
ctū uitæ cōmunicauimus, uno
de quoq; beatā re dicunt & di-
cent, quā diu stabit orbis, omo-
nes generationes (ut tu ipse
cinisti) quia fecit tibi magis na-
qui potens est.

Et benedict⁹ fruct⁹ uē-
tris tui, Iesus Christus.

Sic ierbis archangeli subin-
tulit Elizabet cognata tua. Et
nos cū illa te benedict⁹ quis-

D x dem

Chrysos.
ser. 140.

Luc. 1.

Luc. 1.

dem inter mulieres, sed in pri-
mis benedictū proclamamus
fructū uētris tui, Iesum Chri-
stū, Tu benedicta participatio-
ne exuberātis gratiæ: at ille
benedictus, nō participatiōe,
sed ut autor gratiæ, & fōs oīs
benedictiōis, qui est super om-
nia Deus benedict⁹ in secula.
Tibi bēdīcim⁹ cōgratulādō:
illū benedicimus adorādō. Tu
templū sanctū Dei, òni laude
dignissima: ille Deus, sanctus
sanctorū adorādus per secula.

Per hūc fructum uētris tui
facta es stupendo miraculo
Dei genitrix: facta es nobis ue-
ra Eva, hoc est, uita seu mater
uuētriū per gratiā, quādō illa
prima Eva (quæ uocata ē uis-
ta) mater extitit moriētiū p-
nitorum. Per hūc fructum te-
gina facta es castitatis & mise-
ricordig. Per hūc facta es nos-
bis proxī

Hieron-
ca. i. ad
Ephes.

Mariani
12.
Regina
misericor-
dig
Spes.
Chrisof.
ser. 140.
Aug. ser.

bis proxima post Deū spes,
Non cui salutis nostrę meritū
asseribamus nam hic est Iesus
filius tuus , sicut abs te(monē
te archīgelo) appellatus est q
ipse solus sua uirtute & meri
to saluum facit populum suū a
pēti corū. Vocatus Christus,
quia naxit illū Deus Spīritu
sc̄tō, oleo leticie & exultatio
nis p̄e participibus suis. De
cuius plenitudine, & tu gratia
exuberātiā, & reliqui oēs san
cti, singuli p̄ suo modulo & fi
dei mēsura acceperūt. Sed te
spē nostrā ideo uocam⁹, q̄ qui
cōsciētia p̄ci terremur, & p
nosip̄os ne exaudiāmūt ob
mala merita ualde timemus,
p̄ tuā intercessionē ueniā de
lictorū nostrorum apud Deū
obtinere speremus, & cōfidā
mus nos p̄ te, tuisq; precibus
& meritis reuelari posse apud

D 3 filium

2. de ans
nunt. dñē
ca. ad fis
nem, &
lib. medi
ta. ca. 35
& 36.

Luc. 2.
Luc. 1.
Hebr. 1.
Acto. 10.
Ioan. 2.

Vide aus
gust. lib.
2. super
Exod.
& lib. me
ditat. ca.
35 & 36.

Filium tuū, qui te, ut electam
præ oībus matrē, præ oībus
diligit, fructus uētris tui, IES
VS CHRISTVS AMEN.

*Ex missa Chrysostomi
Appendix.*

VT uere dignum & ius-
tum est glorificare te
Deipatam & semper
beatissimā, & penitus inconta-
minatā matrē Dei nostri, ho-
noratoriē Cherubin & glorio-
soriē incōparabiliter Seraphī
que cītra corruptionē Deum
peperisti, uere deipatā te mag-
nificamus. Igitur Ave Maria,
gratia plena, dñs tecum, be-
nedicta tu in mulieribus, &
benedictus fructus uētris tui.
Quoniam saluatorem animarū
nostrarū peperisti, q̄ est benes-
dictus in secula Amen.

DECEM



DECEM
PRÆCEPTA DEI,
IN VETERI TESTAMENTO
D 4 mens

mento in duabus tabu
lis lapideis per Moys
sen data, & in nouo te=
stamento explicata, &
ad perfectionem
adducta.

PRIMÆ TABVLÆ
præcepta.

Ego sum Dominus
Deus tuus.

1. Nō habebis Deos alienos
corā me. Non facies tibi
sculptile ut adores illud.

2. Nō assūmes nomē Dei
tui in vanum.

Me=

Memento ut diem Sab-
bati sacerdices.

3.

SECUNDÆ TAB-
bulæ præcepta.

H Onora patrem &
matrē tuā, ut sis lō
genius super terram.

4.

Non occides.

5.

Non mœchaberis.

6.

Non furtum facies.

7.

Nō loqueris cōtra proxī
mū tuū falsū testimoniū.

8.

Non cōcupisces uxorem
proximi tui.

9.

Nō domū, nō agrū, nō ser-

10.

D sum

uū, nō ancillā, nō bouem,
non a finum, & uniuersa
quæ illius sunt.

Aug lib.
2. quæst.
super Exo.

Ita digerit & numerat Aug.
præcepta. Nec mysterio uacat
q̄ prima tabula tria cōplete
tur: quoniam hæc quæ ad De
um pertainent, trinitatem uis
dentur insinuare diligenter
intuentib⁹

SVMMA DE calogi.

HAEC X PRÆCEPTA IN
Euangelio summātur
in duabus, ut docet
Christ. Matt. xxij. & Mar. xij.
Audi Israel: Dominus Deus
tuus, Deus unus est. Et dili
ges Dominum Deum tuum,
ex toto

ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua, & ex tota mente
tua, & ex tota virtute tua.
Hoc est primum mandatum.
Secundū autē simile est huic:
Diliges proximū tuū sicut te
ipsum. Quid sic ab eo exponit
Matt. viij. Oīa quæcunq; mul-
tis ut faciant uobis heōs, hęc
& uos facite illis. Et Tobię 4
sic redditur: Quid tibi nō uis-
fieri, alteri ne feceris. In his
summantur lex & prophete,
ut docet Christus Matt. xxij.
In his duobus mandatis uni-
uersa lex p̄det & prophetæ.

Plenitudo ergo legis est dile-
ctio. Paulus Roma. xiiij. Qui
em̄ diligit proximū, legem im-
plavit. Nā nō adulterabis. Nō
occides. Nō furaberis. Nō fal-
sum testimonij dices. Non co-
cupisces. Et si q̄ est aliquid nā
datū, in hoc uerbo instaurat:
Diliges

Euthimius
in Luc.
ca. 10.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur.

Proximus autem dicitur omnis homo, q̄ inter nos propinquus qui sumus secundū naturae cōmunicationē. Et Christus proximi officio eū docet esse funerā, quicq; indigēti p̄estat beneficiū uel auxiliū. Luc. x.

Impletio Decalogi unde petenda.

LEx per gratiā Spiritus Christi, nō legis efficacia uel nostris uiribus impletū, ut docet Christus Ioh. 15. Sine me nihil potestis facere. Per LEGEM enim cognitio peccati, Rom. iiiij. Fructus autem SPIRITVS Charitas, Galat. v. quę nō agit perperā, sed sola legē adimplet, 1. Corinθ.

rinht. xiiij.

Vnde inquit Paulus Roma.
vij. Lex spiritus uitæ id est,
ut spiritus sancti vivificatis
nos, qd lex non potest Mosaïc:
ca. Vivificatis inquam nos in
CHRISTO IESV Liberauit
me à lege, id est, ab imperio
seu tyrannide pœti & mortis.
Nā qd impossibile erat legi ex
ea parte qua imbecillis erat
p carnem (destitutā uidelicet
spiritu) Deus misso filio suo
in similitudinē carnis pœti, de
pœti, id est, de similitudine pec
cati, id est, de carne Christi. q
similis quidē erat alij carni
pœti obnoxiae, reuera autē im
munis ab omni peccato dāna
uit pœti, id est, aboleuit pecca
tū, in carne, nimirum Christi,
facta hostia p peccato: Dedit
que spiritū suum potentie rē
lēge, omnibus obtēperantibns

sibi

sibi, sua efficacia utim cōcupis
cētię domatę, ac effingentę &
aptantę nos, ne sumus lubetęs,
ad omnia bona, & abhorreteres
ab oī malo, ut iustificatio Ies
gis impleret in nobis, qui nō
secundum carnē ambulamus,
sed secundum spiritum.

Paulus Galatas iij. **F**ructus
SPIRITVS est, Charitas, Ga
diū, Pax, Patiētia, Longanimi
tas, Bonitas, Benignitas, Man
neretudo, Fides, Modestia, Con
tinentia, Castitas.

Paulus Ephes. ij. Dei enim
factura sumus, creati in Chri
sto Iesu ad opera bona q̄ cres
auit Deus, ut i illis abulem⁹.
Finis igitur praecepti qui in
tendit, Est Charitas, de corde
puro, & conscientia bona, & si
de non seca. j. Thimo. primo.
Elegans verbum est Augusti
ni in expōnitiōe epistolo. ad Gas
tatas

Fructus
Spiritus.

Iatas: Contēplatio veritatis in
solis Dei dilectionē fundata
est, boni mores in dilectione
Dei & proximi, in quibus duo
huius præceptis tota lex p̄cedet
& prophetæ.

EXPLICATIO SIN- gulorū præceptorum ex literis Euange- licis & Apos- tolicis.

Explicatio primæ.

CHIRSTVS Mathei
iij. Vade Satana, scrips-
tum est enī: Dominus
Deū tuum adorabis, & illi so-
ni seruies.
CHIRSTVS Ioan. iij. Nos
adora-

Nota præ-
cepta ne-
gatiua ins-
cludunt
affirmat.

adoramus quod scimus. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate reportet adorare.

Paulus primo Ephes 11ij Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia & in omnibus.

Summa praecepti est, ut non solum non adoren' Idola extera, tanq; Dijs, more Ethnico, sed & ne quacumq; creaturam asmemus supra Deum: Nam quod quis supra Deum amat, hec sibi Deum facit, ut docet Christus Matt, sexto: Non potestis Deo servire & Mammonae:

Paulus Ephes. v. Omnis autem qui est Idolorum seruus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Paulus Philippenses 1ij. Onus enim Deus uenter est, qui gloriatur in dedecore suo, qui terrena sapiunt.

In pris.

Idolatria
crassa.

Spiritu li 3.

In primis uero in hoc præcepit
tū peccūt arioli, aruspices,
& quicūq; magicā exercēt, &
qui illos sciscitātur: Item Hæc
retici, qui idola suarū opiniorū
nū adorant, ut eleganter ostendit Vincentius ille Litinensis,
lib. cōtra Profanas nouatiōes.

DE VENERATIO- ne sanctorū & Ima- ginum.

ECCL ESIA non adorat
Sanctos propter religio-
nē (quæ hoc prohibet)
sed honorat, propter imitatio-
nem. Honorat eos charitate, &
non servitute.

Iēc ueneratur Saluatoris no-
stri, & sanctorū eius imagines.
non ut Deos, in quos spē salu-
tis figat, sed ut monumēta quæ

Augu. de
uera religi-
one cap. ul-
timo.

Vide Concl
līum Nice-
num 7.

E. i. dam

dam ad recordationem & memoriā,

Expli^catio secundi.

ex iusta causa destitutionē.
- VI. Causarū Ecclesiasticarū cogni-
tionē & determinationē.
- VII. Criminum qbus Ecclesia oble-
ditur coēctionē, vel per inqui-
sitionem, vel denunciationem,
vel per accusationē.
- VIII. Par-
nitentiarū publicarū dationē.
- IX.

IX. Pœnitentium reconciliatio-
nem post peractā Exomologe;
X. Censuraru Ecclesiasticis
carum vibrationē & relaxati-
onem, & si quæ sunt similia.

S De Synodis.

A Ctorum xv. Et quidē
descēdētes de Inde a do-
cebāt fratres. Quia nīl
circuncidamini secūdum morē
Noysi, nō potestis saluari. Fa-
cta ergo disceptatione nō mo-
dica, statuerūt ut ascenderēt.
Paulus & Barnabas, & quidā
alij ex illis ad Apostolos &
Presbyteros in Hierusalem fit
per hac quæstione.

DE VISITATIONE

A Cto. xv. Reuertētes visitas
amus fratres nostros p unis-
uerfas

uersas ciuitates i quibus prædicauimus uerbum Domini, quomodo se habeant.

Et paulo post: Perambulabat autem Paulus Syriā & Ciliciā, confirmās Ecclesiās: Preceptiensiens custodire præcepta Apostolorū & Seniorum.

Act. xvij. Cum autem pertransirent ciuitates, tradebat eis seruanda decreta, quae erant ordinata ab Apostolis & presbyteris qui erant Hierosolymis.

DE EXAMINATIO ne, Ordinatione, & In- stitutione Clericorū ad ministeria.

Non admittēdos ad ministerium, nisi q[uod] p[ro]p[ter] suos Episcopos, aut Archidiaco

diaconos pr̄fus explorati, &c
deinde autoritate Episcopali
ordinati fuerint.

i. Timot. iii. Hi probenē pris-
mum, & sic ministrēnt, nullum
crimen habentes.

i. Timo. v. Manus cito nemis-
ni imposueris, neq; cōmunicas
veris peccatis alienis.

i. Titum i. Huius rei gratia
reliqui te Crcę, ut que desinē
corrigas, & cōstitutas per ciui-
tates presbyteros, sicut & ego
disposui tibi.

DE DESTITUTIO- ne malorū ministrorum causa cognita.

Matthei v. Vos estis sal ter-
rē. Quod si sal cuīnierit,
in quo salietur: ad nihili uaa-

O i let

Iet ostra nissi ut mitteratur soris
& conculceretur ab hominibus.
Ose. iiiij. Quia tu scientiam rei
pulisti, repellam te ne sacerdo-
tio fungaris mihi.
Ob hanc intermissam, Heli sum-
mus sacerdos, cum tota posterita-
te, quam grauissime patit. i.
Regum iiij. & iiiij. & iij. Reg. ij.

DE CAVSARVM cognitione & determina- tiōe in Ecclesiā.

Matt. xviiiij. Si te nō audie-
rit, dic Ecclesiā. Si Ecclē-
siām non audierit, dicit tibi Iēsū
Ethnicus & publicanus.
Et diuus Augustinus i li. de
opere monachorū assertit, Apo-
stolū in ca. vij: primę ad Corīt.
Episcopos molestijs derimē-
darum

darum litium grauasse, non us
tice suo, sed eius qui per eum
loquebatur, iudicio.

DE COERTIONE *criminum.*

PAULUS f. CORIT. v. AUFERS
te malū ex uobis p̄fis. ij.
THESS. iiij. Si quis nō obes
dierit uerbo nostro, per episto
lam hunc notare, & ne cōmisce
animi cum illo, ut cōfundatur,
& nolite quasi inimicū existi
mare, sed corripite ut fratre.

*Criminum autē correctio
tribus uījs exercetur.*

1. Accusatione. 2. In
quisitione. 3. Denuncia
tione.

O 2. DE

DE ACCVSATI^O

NE.

f. Timoth. v. Aduersus presbiterum accusationem recipere noli, nisi sub dubiis uel tribus testibus.

Hanc precedere debet inseritio ad iationem. Deuter. xix.

DE DENVNCIATIONE.

HAec precedit fraterna correptio. Mat. xviiij. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audinerit, iuratus eris fratrem tuum. Si autem te non audiuerit, adhibe tecum adiutorium uel duos, ut in ore duorum uel triuim stet omne uera

brum

bum. Qued si te non audierit,
dic Ecclesiæ.

In quem locum Chrysost. se
habet: Dic Ecclesiæ, præfulis
bus, scilicet ac præsidentibus.

DE INQUISITIONE

HAEC præcedit clamosa ins-
annatio, seu fama publica
et. Ne autem temere adhibetur
Inquisitio formam eius gerendæ
in seipso, qui nihil ignorat, os-
tendere noluit Deus. Descens-
dam(inquit)& videbo, utrum
clamore quoniam uenit ad me opes
te compluerint, Genef. xvij.

Et Christus in parabola eu-
gelica, de uillico qui defama-
tus erat apud Domum suum, qua-
si dissipasset bona ipsius, audi-
uit ab illo: Quid hoc audio de
te? Redde ratione uillicitis
tuis: Nam enim non poteris am-
plius

O p. plius

plius uillicare. Lucee xvij.

Et huc spectat illud prouer.
xvij. Diligenter agnoscere uul-
sum pecoris tui, tuosq; greges
considera.

DE PVPLICA poenitentia.

Huius poenitentiae quā
plurima exēpla extāt
in scripturis.

Sic poenituit Iob in fauilla
& cinere. Job xlij. Dauid, ut
legimus ij. Reg. xij. xxiiij. &
passim in psalmis: presertim illis
septem qui Poenitentiales
uocantur.

Achab, qui narratur uestimē-
ta sua scidisse, & operuisse cl-
litio carnē suā, iejunasseq; &
dormississe in faceo, & abulisse
dimisso cap ilij. Reg. cap. xxij.
Manasses, qui impletuit Hier-
usalem

vulnere sanguine usq; ad eos. ij.
Paral. xxxij.

Niniuitæ Joan. iii. a' quorum
exemplo Christus Iudeos impœ-
nitentes coarguit Matth. xij.

Huius pœnitentiæ præclaus-
rum & memorabile exemplū,
in Evangelio Maria Magda-
lena edidit. Lucæ vij.

Et Petrus Matth. xxvij.

Et incestuosus ille Corin-
thius, & tota Corinthiorū Ecs-
lesia, eo q; illi communicasset.
ij. Corin. ij. & vij.

POENITENTIA publica, pro publicis cri- minibus necessaria.

Huc spectat illud Apostoli,
Peccantem coram omnibus
argue, ut & cæteri timore han-
beant. j. Timoth. v.

O 4. Et

Et illud; Corint 1. Omnino
audiit iter vos farnicatio, quia
lis nec inter g̃etes. Ita ut uxori
rem parris sui quis habeat. Et
uos infasti es sis, & nō magis su
etum habuistis, ut tellac de me
dic uestri qui hec c̃pus fecit.

Et omnes sancti patres &
sacerd̃i Canones testantur, Mani
festa peccata non esse occulta
purgatione purganda.

Ergo restituenda est publica
poenitentia per Episcopos in
Ecclesiam, nam alicui breui
actū erit de disciplina Ecclesiastica. Sine qua profectio gra
uis abusus claviū admittitur,
ac simul laxatur & enervatur
Ecclesiæ compago.

DE EXCOMMUNI catione.

CHRI:

Christus Matth. xviiij.
Si autē Eccle sā nō ag-
dierit, sit tibi sicut Eth-
nicus & publicanus.

iij. Thes. iij. Si quis nō obedi-
erit uerbo nostro, per epistolā
hūc notate, & ne cōmisceamis-
ni cū illo, ut confundā, & nolis-
te quasi inimicum existimare,
sed corripite ut fratrem.

j. Corin. v. Ego quidem abs-
sens corpore pr̄sens autē spir-
itu; iam iudicauit pr̄sens
enī qui sic operatus est, in noīe
Dñi nostri Iesu Christi, cōgre-
gatis uobis & meo spiritu, cū
virtute Dñi nostri Iesu Chris-
ti tradere huiusmodi homine
Satanæ in interitum carnis, ut
spiritus saluus sit, in die Dñi
nostri Iesu Christi.

O f DE

DE ABSOLVTIONE
seu reconciliatione co-
rū qui pœnitentiam
egerunt.

CHRISTUS MAT xviiiij. Amen
dico uobis: Quæcumq; allia-
gaueritis super terram, erunt
ligata & in coelo, & quæcumq;
solueritis super terram, erunt
soluta & in coelo.

Paulus iiij. Cor iij. Sufficit illi
q; eiusmodi ē, obiurgatio hæ-
c sit a plurib; ita ut ecclæsi-
tio magis donetis & cōsolemi-
ni, ne forte abūdantiori tristis-
tia ab' erberet qui eiusmodi ē.
DE VITANDIS ET
excommunicandis mani-
festis hæreticis &
schismatis.

Titum

Tertium iij. Hereticū hos
minem post unam aut
alteram monitionē de
vita. Subuersus enim est eius
modi & proprio iudicio con-
demnatus.

i. Timo. i. Habe fidem & bo-
nam conscientiā, quam quidā
repellentes circa fidē naufras
gauerūt, ex quibus est Hyme-
neus & Alexāder q̄s eradicati
Sarane, ut discat nō blasphem.

i. Timo. iij. Serum Dñi non
oportet litigare, sed mansue **i. Timo.**
tū esse ad oēs, docibilem, pati-
entem, cum modestia corripi-
entē eos qui resistunt ueritati,
nequādo Deus det illis pōenī
tentia ad cognoscendam ueri-
tatem & resipiscant a' diaboli
laqueis, à quo captivi te-
tur ad ipsius uoluntatem.

VIGI-

VIGIL ANDVM
ne irrepant hæreui.

ACto. xx. Paulus à Mileto uocauit maiores natu-
tu Ecclesie. Qui cū uen-
nissent ad eum, & simul essent,
ait ad eos: Attende uobis &
uniuerso gregi in quo nos spis-
tus sanctus posuit Episcopos,
regere Ecclesiam Dei, quā
acquisivit sanguine suo. Ego
nem mēl lupi rapaces in uos,
non parcentes gregi. Et ex uo-
bis ipsi exurgēt uiri loquētes
peruersa, ut abducant dis-
cipulos post se, prop-
ter quod

Vigilate.

EC

ECCLESIA-
sticus Canon Libros
rum Veteris Te-
stamenti.

PENTATEVCHVS,
id ē, quinq; libri Moysi.

Genesis. Exodus. Leviticus.
Numeri. Deuteronomium,
Pentateuchum sequuntur libri.

Iosue. Iudicium. Rut. Regū
libri iiiij.

Paralipomenon duo.

Edre primus & secundus,
qui dicitur Neemias: Nam
duo posteriores inter Apocri-
phi ponuntur.

Tobias. Judith. Esther. Ich.

Liber

Mos'lis
bros uos
cā t histoi-
riales.

Hos Sa:
pietiales

Hos Pro
phetales.

Continu
ant sacrā
historiam
ad annum
fere cente
simū ante
Christum
natum.

Liber Psalmorum centum &
quinquaginta.

Liber Preuerbiōrū Salomo-
Ecclesiastes. Canticum cāicos
rum. Liber Sapientiæ. Ecclesi
asticus.

Quatuor Prophetæ ma
iores.

Isatas. Jeremias. habēs īnexū
Baruch. Ezechiel. Daniel.

Duodecī Prophetæ mi
nores.

Ozee. Ioel. Amos. Abdias. Ios
nas. Micheas. Nahum. Habas
cuc. Sophonias. Aggeus. Zas
charias. Malachias.

Machabeorum libri duo: Pri
mus & Secundus.

ECCLESI-
asticus Canon librorum
NOVI

Noui Testamenti.

Quatuor Euangelia.

Evangeliū secundū Marthę.

Evangeliū secundū Marcum.

Evangeliū secundū Lucam.

Evangeliū secundū Ioannē.

Actus Apostolorum ab Iu-
ca Euangelista conscripti.

Pauli Apostoli Epistole

Ix quatuordecim.

Ad Romanos. Ad Coriñthios 2.

Ad Galathas. Ad Ephesios.

Ad Philippenses. Ad Colosse.

Ad Thessalo. 2. Ad Timoth. 2.

Ad Titum. Ad Philemonem.

Ad Hebreos.

Epistolæ Canonicae. 7.

Iacobi Apost. 1. Petri Apost. 2.

Ioānis Apost. 3. Iude Apost. 1.

Apocalypsis Ioannis Aposto-

li e*g*

li & Euangelistæ.

Hunc canonem, nō à perfidis
Iudeis, vel infanis hæretici,
sed ab Ecclesia Catholica re-
cepimus, ut testatur Conciliū
Carthaginense tertium, cui D.
Augustinus interfuit. Et idem
August. libro secundo de Do-
ctrina Christiana, cap. cœtan-
& Innocentius primus, qui D.
Augustini tempore Ecclesie
gubernacula magna cō laude
cenuit, ad Exuperium Tholo-
fanū & Gelasius, eloquentissi-
mus iuxta & sanctissimus p̄b-
lis ex in Concilio Septuaginta
Episcoporum, habito de scrip-
taris Apocryphis.

Hæretici nostri tēporis graui
& execrabilis temeritate, à Ca-
none scripturarū diuellunt &
resecant libros sfrā memoratos.
Secundum Esdræ, Tobiam,
Judith, Baruch, Sapientiā Salo-
monis

monis, Libri Ecclesiasticum,
Libros Machabœorum quos oës
ex men ut libros propheticas
autoritatis August. agnoscie.

Item historias Susanne & Be-
nia apud Danielë quibus tam
Ecclesia ut in sacris officijs.
Itæ Epistolæ ad Hebreos, Ia-
cobi, Secundam Petri, Secundam
& tertiam Ioannis, Apocalypsim
Ioannis quas a Canonicis fecer-
tunt, & suis autoribus quoq;
adimere, Intolerabili audacia
admituntur.

Sed diligenter erudienda &
admonenda est iniunctus, ut aus-
toritatem Ecclesiastici uelius
sacrosanctam & inviolabilem
semper agnoscet, & hereticas
detestetur insanias,



P

t

Sum

SVMMA TO tius sacræ scripturæ, li brorum uidelicet Veteris & Novi testamenti.

Dens.
Exod. 2.
Gene. 6.

Trinus in
personis.

Creatio.

Conservatio
rerū
Isaiæ. 45.

Docent nos libri Veteris Testamenti, Deum esse spiritum immutabilem, eternum, omnipotenterem & immensum. Qui uerbo suo, id est, per filium suum, in spiritu sancto, cum quibus unus est Deus, in comprehensibili sapientia, propter honestatem suam cœlum & terram, & quæ in eis sunt, creavit, a quo omnia sunt facta, sine quo nihil quicquam sit: iustam & misericordem, qui quæ omnia regat, gubernet, vegetet, alat, conseruet, & operetur in omnibus, secundum voluntatem suam cui non licet dicere quare sic uel sic faciat.

Hunc

Hunc Deum creasse Adam
primum hominem, ad imaginē
& similitudinem suā, dominū
quem constituisse cīm creato-
rum in terra dato precepto, q
si seruaret, uita uineret perpe-
tuo felicē: sīn prēvaricatur,
mortem moreretur in aeternū
duraturam.

Sed Adā inuidia & fraude
diaboli, Creatoris sui præcep-
to non parentē, sua inobedien-
tia peccatum in hunc mādū in-
vexisse, tale, tātumq, ut nos se-
cundum carnē ab ipso (ueluti
infecta & corrupta radice) p
geniti, natura filij ire, & ob id
maledictioni, morti, dānationi
iugo & tyrānidī diaboli obno-
xij nascamur & īde ab adoles-
centia in malum proni simus.

Deum autē hominis aliena
fraude decepit misertū, reue-
lisse Adq, & postea promisisse

P ij Abra

Creatio
hominis.

Peccatū
origiale.
Sapien. 1.

Cōtempf-
centia.

Promis-
sus Miss-
sias.

**Causa in-
carnationis
nisi Christi**

In Pentateucho &
lib. Iosu.

Abrahā, ac David, ex eorum po-
steritate proditorū semen bñs
dictum, qui est Iesus Christus
filius Dei, Saluator mundi p̄
diximus autem ut à peccatis & ty-
rānide diaboli (cui subiiciebā-
tur omnes homines) liberaret,
& ad primumā imaginē, in qua
Adā cōditus fuit, in uera iusti-
tia & sanctitate, ad immortalitā-
tē refingeret eos, q̄ uiua fide
hunc pmissiōi crederent, ipsaq̄
Iesu Christo fiderēt, & p hanc
fidē pollicitū spūm regenerati-
onis acciperēt, & uitā aeternā,
abolita per eū morte, interra-
nientium expectaret.

Est aut̄ h̄ec pmissio sepiissime
repetita ī libris Veteris Testa-
mēti & exhibitio eius adūbra-
ta porissimū ī memorabili illi
liberatione populi Israel ex Egyp̄to
p m̄ rubiū et deserū, ī
colūna ignis & nubis, in manu
Mosey

Moyū & introductiōe in terrā
re promissionis, fluentē lacte &
melle, in manu Iosue filij Nun.
Interea uere dū a p̄ib⁹ expes
stabat p̄missa sal⁹ & liberati⁹
Legē scriptā in tab⁹ lis lapide
is, datā fuisse à Deo p̄ Moyſē
ut per eam agnito p̄fō, & cor-
dis humani malitia, ardētius si-
tirent hoēs Christi aduentum,
& quęrerēt saluatorē, qui ips⁹
sos a p̄fīs redimeret, & sp̄ris
tu suo innouatos, suęq; diuīng
voluntati cōformatos, ad omne
opus bonū apparatos & iūrus
fos redderet, q; sacrificia &
hostię ueteris legis nō pr̄stas-
bant, erant em̄ figure modo ue-
re oblationis Christi, q; demū
p̄fā omnia oblitterāda erant,
& abolenda, cuius oblatiōis fi-
ducia, patres saluati fuerunt.
Atq; hęc est Veteris Testa-
menti Summa ac scopus.

P iij. Nos

Decalos
gus.

Deut. 19.
Hiere. 31.
Miche. 7.

Sacerdos
ueteris
legis.

Christi
Saluatoris
aduentus.

Iohann. 2.
Rom. 9.

Galat. 4.
Ephes. 1.
Roma. 3.

NQui autem Testamēti libris
decemur. Christū illū olim
promissum, & in libris Veteris
Testamēti typis & sacrificijs
adumbratū ac figuratō (qui est
natura filius Dei, cōsubstantia
lis patri & super eā Deus bene
dictus in secula) missū tandem
fuisse a Deo patre. Qui ob id,
ut eī appellatus ē Deus Abra
hā, Deus Isaac, & Deus Iacob,
appter remissionē, nascitur
ex eorū semīe Christi, ipsiſ ſas
etiam, ita ēnde pater Dñi nostri
Iefu Christi uocari uoluerit.
Missum autem eo tempore, quod
ipse cōſtituerat, apud ſe eo (in
quam) tempore, quo abundat
Dñis iniqūitas. Et incarnatum
de ſpū ſc̄tō ex Marij virgine
ad ſumpta humanitate, & ſux
diuinitati in unitate personæ
cōiūcto, non eī bona cuiusque
opera (nam omnes peccauerunt)
&

& egnerunt gloria Dei) sed ut
Deus verax, abundatis gratias
sue diuinias, quas promiserat,
exhiberi & secundum misericordiam
sua salues nos ficeret.
Venisse ergo ab ipso patre missum
Iesum Christum ut verus ag-
nus & uera hostia pro mundi
pacis immunditia fieret, & nos a
seruitute diaboli cuiuslibet Heres-
ditarii uicium & propria peccata
obroxij eramus, liberaret, &
pacem cum patre suo cœlesti nos
bis conciliaret, (ipse enim est pax
nostra) lavando nos a pacis nos-
tris in sanguine suo: inquit pro ipsius
suis in filios Dei, spiritu reges-
erationis accepto, adoptares
mur heredesque Dei, & cohære-
des Christi efficeremur.

Hæc maxima Dei beneficia, ne
pe Remissionis peccatorum,
adoptionis filiorum, & ascriptio-
nis ad hereditatem cœlestem nos

P. illis. cose

Tit. 3.
Roma. 3

Christi
efficium

1. Pet. 2.

consequi, cū bñficio eiusdem filij sui spū sc̄ō perfundimur, ac
ceptis p eū celestib⁹ donis,
Fide, Spe & charitate, quibus
Deus se nobis reuelat, & com-
donatis merito filij sui p̄tis, te-
gē suā i cordib⁹ nřis iſcribit.
Fide per trahit nos à patre ad filium & p filium uenire ad patrem
perante spū sc̄ō, quo signamur,
sine quo neq; credere possum⁹.
Deū patrem misse Christum, ne-
q; Iesum, promissum esse Chris-
tum. Nullus enim (inquit Pau-
lus) dicere potest Dñs Iesu-
ni in spiritu sancto.

Qui diffundit i uiscera nostra
eā charitatem, quam describit
Paul⁹ Corithijs, et testat spiri-
tui nostro quod sim⁹ filij Dei.
Præbet insuper spē, q̄ ē certa ni-
te æternæ expectatio, cui idem
ipse arraho ē & pign⁹, & illa
spūalia dōa, de quib⁹ Pau. ad Ga.
Vbi

Fides.

Charitas.
j. Cori. 13.

Spe.

Ephe. 2.
Galat. 5.

Justifica-
cio.

Baptism.

Sanctifi-
catio:

Vbi quoq; & alibi passim tra-
dit, qnā per filier fidē, sed p
hanc in Christā fidēque spiri-
tū pollicitatiōis accipit, & cha-
ritate imbuitur, & in adultis
per charitatē operāt, & se cha-
ritatis operib⁹ exerit, ad ea
hominem mouēs) iustificemur
& sanctificemur, id est, q D⁹
& pater Dñi nostri Iesu Chris-
ti (q & pater noster dignatio-
ne effectus est) per ipsum & illi-
ius merito, nos p sacramētum
Baptismatis à p̄tis abluat, &
emundet, & spū lctō in filios
Dei regeneret, & charitatis do-
no perfusos sanctificeat, innouet
& iustificet: non mō adultos,
sed & parvulos, I fide Ecclesię.
Deniq; Christum uenisse dos-
cemur, ut per ipsum purificati,
liberatiq; à p̄tis, & iustificati,
ip̄sq; insiti, subministratiōne
spiritus sui, voluntatē eius de-

P v incep⁹

Opera bo-
nia.

Cer-ti-tudo
uocatiōis.

Christus
magis-ter
nostrer.

incep-sfaciamus, & operibus
bonis (quæ sunt eius dona &
fructus sui sp̄s) uoluntarie in-
cumbe-ces tota vita quæ carnis
sunt abnege-m⁹, se brie-qi, iustie,
et pie uiuam⁹, ac libere serui-
mus ei, i in-slitia & sanctitate,
eībus diebus nostris, ut & per
bona opera (quæ præparauit
Deus, ut abulemus in illis) no-
cationē & electionem nostram
certam faciamus. q̄ is qui eius
modi bona opa nō habet, testis-
tur se fidē in Christū nō habes-
re, qualē ille in nobis requirit.

Accedere itaq; nos eportere
ad eū, non modo ut deceat nos,
sed & sui verbi factores effici-
at. Est enī ipse uere Magister
noster: nō talis quales sunt qui
extrinsecus tantū operādo ex-
hibent ministeriū: sed coelesis,
efficax; docēs opere & sermo-
ne. A q̄ Preceptorē, miti & hu-
mili

mili corde, & discere eporteat
normā recte uiuēdi patientiē
dum epus ē pre iustitia & uira
tutem insuper impetrare faciē
di & perseuerādi in finē usq.

Esse præterea eum nostrū Es-
piscopū & summū pōtificē, unī
eum Mediatorē, propitiatiōis
& cōciliatiōnis Dei & hominē:
qui nūc ad dexterā Dei patris
sedeat, nobis Aduocatus factus,
interpellās pro nobis & impe-
trans quęcumq; uel à Patre in
ipso noīte, uel ab ipso, secundū
eius voluntatē petierim⁹ si mō
qd⁹ perimus accepturos nos et
crediderimus: sic enī promisit.

Proindeq; non desperandum
nobis, si quando etiam à baptis-
mo peccauerim⁹: sed tū nos cū
uera satissactoria pōnitentia
(ad quā nō sūbitio statū sue p̄g-
dicatiōis, & subinde sape inui-
tat & excitat) cūq; fiducia ac-
cedes,

Pentifex
Hebre⁹.4
Mediator

Aduocas-
tus.

Marc. ii.

Pōnitens
tia post
baptismū
Hebre⁹.4
Matth. 3.

cedere debere ad tronū gratis
eius, accredere q̄ misericordi-
am consequunturi simus, (ideo
ēm uenisse eū, ut p̄t̄res sua
gratia saluos faceret) quam 35
per p̄nitēt̄ Sacramentum,
virtute clauium Ecclesie relis-
tarum, accipiamus.

Postremo docemur, hunc esse
Christum Iesum, qui uenerit ut
Ecclesiam toto orbe diffusim
sibi cōderet, cuius ipse est cap-
put & Spōsus, & Saluator: cui
& Spiritu Sanctū, spiritū ueris-
tatis, unitatis & pacis, apud
eā perperuo manēt, & sua Sa-
cramēta tradiderit, gratię suę
(que his nō indigne utētibus
sōferit) certissima symbola: at
q̄ ea numero seprē eē, que sunt
Sacramēta baptismatis, Confir-
matiōis, Eucharistię, P̄nitē-
się, Ordinatiōis, Matrimonii.
& Extreme Vnguentiōis, à q̄tū le-
gitimo

Ephes. 5.
Doctrina
ueritas.

gitimo usu suam Ecclesiam ag-
noscit noluerit.

Qui & post cōpletum numerū
electorum, & post imperfectum
spū oris sui hominē peccati, ē
cōelis cōspiciēdus omnibus, sit
rediturus in maiestate sua, &
dēs iudicaturus, & redditurus
uniusq; propria corporis, pro-
ut gessit, sive horum, sive malū
dicturus ihs qui a dextris erat
(qui uidelicet in hoc mundo si-
dem suam bonis operibus or-
natine, & futura bona expēcta-
uerit) Venite benedicti patris
mei, possidete paratum uobis
regnum a constitutione mōdi,
Ihs autē qui a sinistris Discedi-
te a me maledicti in ignē eter-
num, qui paratus est diabolo
& angelis eius. Tūc uero finē
fore, cum regnū Deo & patri
tradiderit, ut sit Deus omnia
in omnibus.

Hinc

1. Thess. I.

Antichr̄
sus.

Ma. 24. 23.

Vita eten-
da.

Ignis se-
cernus:

1. Cor. 15.

Biblorum
intellectu
unde pete
das. Vide
Irenę li.
4. ca. 43.

Ioan. 20.

1. Cori. 3.

Galat. 1.

Roma. 12.

Hec ut cognoscamus bonitatem Dei per spiritum eius sanctum tradita sunt nobis sacra biblia quorum uerus intellectus, non ali unde quam a Catholica Ecclesia (quae sola habet Spiritum sanctum) percedus est. Tradita sunt, inquam, ut credamus & cognoscamus unum solum uerum Deum, & quem misit Iesum Christum utque credentes, uitam habeamus in nomine eius.

Prater hoc fundamentum nemo aliquid potest ponere, optat enim Paulus eum anathema esse, qui aliam fidem & salutem annuerit, quam per Iesum Christum, & euangelizauerit praterquam quod accepimus, & euangelizari est nobis, et ex misericordia angelus de celo.

Quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia: cui cum patre & spiritu sancto honor & gloria

gloria in secula seculorum. Amē.

IRENAEVS LIBRO
Quarto, ca. 45. Sola Ec-
clesia replete intelligit
scripturas.

FIs q̄ t̄ Ecclesia sunt pres-
byteris obaudire oportet, his q̄ successionē ha-
bent ab Apostolis, qui cū Epis-
copali successione charisma ue-
ritatis certum, secundum plac-
tū patris, accepere nūt. Reliquos
vero qui absuntūt à principali
successione, & quocūq̄ leco col-
liguntur, suspectos habere, uel
quasi hereticos, & male sente-
tis: Vel quasi scindentes & elati-
tos, & ubi placētes: Aut rurſq;
ut hypocritas, quæstus gratia,
& uane glorie hoc operantes.

Quā

Qui eēs decidunt a' ueritate.

EPIPHANIUS CON
tra hæreses li. 2. Tomo I.

Adversus
Melchises
degianos.

Termini nobis positi sunt,
& fundamēta, & edificatio
fidei, & Apostolorū traditioēs,
& scripture sancte & successio
nes doctrinę, & fidei quæ p
titas Dei munita est. Nemo ergo
decipiatur nouis fabulis.

IDEI IN ANCO
rato.

OMnis hæress mentis, qaz
nō accepit Spiritu sancto,
secundū traditionē Patrum in
sancta Dei Ecclesia.

PORTÆ INTERINON
PRAEVALEBVNT AD
VERSVS EAM.
FINIS.

OBSECRA TIO-
nes, Orationes, Interpellationes,
& gratiarum actiones, dicendæ
dum audis sacrum, non in pue-
ritia tamen, sed & in quo-
rum uis uisum Missæ re-
ligiosæ astare uos
lentium,
&c.

Per eundem Ioannem Gropper,
Doctorem, Ecclesie Coloniensis
D. Gereonis Scholasticum.

NOVIMAGIE.
Petrus Elzenius Excudebat
ANNO M. D. LII.

MANE CVM
surgis signate signaculo
sancte Crucis in fratre &
in pectore dicens:

In nomine Patris & Filii &
Spiritus sancti, Amen.

Et statim subiunge ora-
tionē Ecclesie q̄ sequit̄.

Domine sancte Pater omni-
potēs eterni Deus.
q̄ nos pāt̄ores ad princi-
cipiū huius diei, nō nostris me-
ritis, sed tua sanctissima gratia
peruenire fecisti: tua nos salua-
m̄ virtute & cōcede, ut in hac die,
ad nullū declinemus p̄tm̄, nec
ullū incurramus periculū aut
scandalū, sed semp ad tuā iusti-
tiā faciendā nostra p̄cedant clo-
quia, dixigāt simul cogitationes
& opera.

& opera. Adsit nobis que sumus
Dñe uirtus Spiritus sancti, q &
corda & corpora nostra clemēta
ter expurget, & ab omnibus sc̄per
tueat aduersis, per dñm nostrū
Iesum Christū filiū tuum, q te;
cum uiuit & regnat in unitate
eiusdē Spiritus sancti Deus, per
omnia secula seculorum, Amen.

Deinde dic Symbolum
Apostolicum cum hac
præfaciuncula.

Abreuñcio tibi Satana
& omnibus pompis &
operibus suis.

Et credo in Deum patrem, &c.
usq; in finem symboli. Cui sub
in hinc orationē Dominicā: Pa-
ter noster, &c. cum Angelica fa-
lūtatiōe. Ave Maria gratiæ ples-
na, &c. Et conclude orationem
utram sequent prece Ecclesiæ,

ad sanctissimam Trinitatem.

Dirigere & conseruare
dignare Dñe sancte pa-
ter omnipotens æterne
ne Deus, rex coeli & terræ, hos-
die & quotidie corda & corpora
ta nostra, sensus quoq; de ser-
mone & omnes actus nostros
in via & lege mandatorum tuos
rum, praesia nobis facere holis-
tatem tuam, ut misericordiam
euā inuenire mereamur, & ut
placere possimus in cōspectu fl-
ij tui: Angeli tui boni comitens
et nobiscū, ad dirigendas pes-
des nostros in uiā pacis, prospe-
ritatis & salutis: ut hic & in
æternū per te & in te, salui, sa-
ni, & liberi esse mereamur rex
gloriar. Qui in trinitate perfec-
ta uiuis & regnas Deus per
omnia secula seculorū, Amen.

Cum ē cubiculo seu dos-
mo

Angelum
pacis, fide-
lē ducē,
eustodem
ætérnum &
Corporū
ætorum i
diō postu-
lemus In
Letania
Chris. Ex
doctrina
Christo.

mo egrederis, impresso
signo crucis fronti
& pectori dic:

Homil. 21
Tomo 4.

Abreuicio tibi Satana,
& adhereo tibi Christo
sicut, qui es uia, ueritas
& uita.

Ioan. 14.

Deduc me Domine in uia tua,
ut ingrediar in ueritate tua.

Psal. 51.

Lecetur cor meum & timeat
nomen tuum.

Psal. 34

Vias tuas Domine demonstra
mihi, & semitas tuas edoce me.

Dirige me in ueritate tua &
doce me.

Quia tu es Deus saluator meus
& te sustinui tota die.

Eripe Dñe animam meam de
morte, & pedes meos à lapsu,
ut placeam coram Deo in lumine
ne uiuentium.

Psal. 16.

Perfice gressus meos in semis
et sis tuis

tis ruis, ut non moveantur ne
stigia mea.

Psal. 118.

Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum: ut non domine
tur mei omnis iniustitia.

Qui ex nihilo creasti nos, &
per filium tuum redemisti nos,
& per Spiritum sanctum tuum
sanctificasti nos. Tibi gloria in
secula seculorum, Amen.

August.
lib Medit.
ta. 78.

Ingressus templi dic:

Intrabo in domum tuam, adorabo
ad templum sanctum
tuum, & confitebor nomini
tuo in timore tuo.

Psalm. 5.

Ingressus attende quod
beatus Cyprianus
monet dicens:

Cyprian.
in sermo.
de oratio
ne dominica.

Quando sumus ad ora
tionem fratres dilectissi
mi, vigilare & incus
bere ad preces toto corde debe
mus

mus. Cogitatio omnis secularis
& carnalis abscedat. Nec quis
quam tunc animus, quam id so-
lum cogitet quod preci. Ideo
& sacerdos ante orationē p̄ræ-
fatione p̄missa parat fratrum
animos dicendo: Sursum corda
ut dum responderet plebs. Habes
mus ad dominum, admoneatur
nihil aliud se, quam dominū co-
gitare debere. Quę enim segni-
tia est alienari & capi ineptis
cogitationibus & prophanis,
cum dominum deprecaris, quas
si sit aliud quod magis debeas
cogitare quam quod cum Deo
loquaris:

Item:

Cogitemus nos sub cōspectu
Dei stare, placendū est diuinis
oculis, & habitu corporis, &
modo uccis.

Obuerse f̄ semp oculis quod
Dominus Iesus, rebus alijs c̄p

Mate. 21.
Iorn. 3.

Esaic 56.

Esaic 29.

Cypria:
sermo, in
Oratt. do
minicam.

Ex libro
Ecclesiæ
antiquissi
mo ex
cerpta.

orationi in templo Dei uacantes
flagello facto de funiculis, mag
na seueritate eiecit de templo dis
cess: Domus mea domus oratio
nis vocabitur.

Terreat quod scriptum est: Po
pulus huius me honorat, cor
autem eorum longe est a me, ut
non aliud habeamus in corde,
aliud in uoce. Cum intentione
syncera Dominum debeat non
uocis sonus, sed animus & sens
sus orare.

Quando sacerdos se ins
duit, dic Confessio
nem sequentem.

Confiteor tibi peccata
mea æterne Pontifex
& sanctorum minister,
& ueri tabernaculi sacerdos,
qui semel in anno huius seculi
in mystica sancta intrasti &
caecum & immaculatum agnum
proprii

Hebræ. 9.
& 9.

Matt. 19.

Psal. 34.
Psal. 137.

2. Cor. 5.

proprijs corporijs tui, ad hostiā
dedisti pro peccatis nostris: Tu
bi cōfiteor, quia debitor sum tibi.
Non solum decē milia talens
ta delictorū meorum, sed toti⁹
uite meę rationem reddere jes-
tro, quia in omni uita mea nul-
lum mandatum turum, perfecte i⁹
me custodit⁹ scio, in q̄ ego ser-
mōe, uisu, auditu, gustu, gressu,
opere, cogitatiōe, aut surauione,
uel consensu me deliquisse cō-
fiteor. Sed aunc Dñe præuenio
faciem tuā in confessione, & in
confpectu angelorū & omnīū
sanctorum tuorum confiteor tibi
peccata mea, & ueniam postu-
lo pro delictis meis. Teq̄ obser-
ero, ut in hoc tempore accepto
exaudias me, & in his diebus sa-
lutis adiuves me, ut in præsentī
seculo perfecte ualeā recognos-
cere p̄tā mea, & tibi xterno Iu-
dici confiteri, & sic ueniam cōse-

sequi omnium delictorum meorum,
quatenus ad tremendum iudicium
tuum, securum me ab omnibus ac-
cusationibus inimici facias per-
venire, per Dominum nostrum. &c.

Sequitur Confessio quam
mutuo & uicissim faciunt
Sacerdos cum ministris
altaris, & assistentes.

In nomine Patris & Filii &
Spiritus sancti, Amen.

SACERD. Adiutorium
nostrum in nomine Domini.

ASSISTENT. Qui fecit coe-
lum & terram.

SACERD. Et introibo ad al-
tere Dei.

ASSIST. Ad Deum qui letis-
cat iuuentem meam.

SACERD. Confermini Do-
mino quoniam bonus.

ASSIST.

ASSIST. O' oniam in seculis
misericordia eius.

SACERD. Confiteor omnipo-
tenti Deo celi, & beatae Mar-
iae virginis, & omnibus sanctis
Dei, & utrisque: quod ego ins-
solitus peccator peccavi nimis
in vita mea, cōtra legē Dei mei
cōgitatione, loquuntione, & ope-
re, mea culpa, mea maxima cul-
pa: Ideo precor gloriofissimam
virginē Mariam, & omnes san-
ctos Dei & uos, orate pro me
peccatore.

ASSIST. Deo gratias. Misere-
atur uestri omnipotēs Deus, &
dimissis omnibus pēnis uestris
perducat uos dominus noster
Iesus Christus sine macula cum
gaudio in uitam æternam.

SACERD. Amen.

ASSIST. Confiteor, Ut sup.

SACERD. Misereat, Ut sup.
Indulgentiam absolutionem &
remis:

remissionem omnium paccatorum
nóstrorum spaciū nere & frus-
tuosę poenitentię, cor semper
poenitens, perseverantia in ho-
nis operibus, finem bonū, & cōs-
solutionē sancti spiritus tribuat
nobis pius pater, & misericors
Dominus,

ASSIST. Amen.

SACERD. Non nobis Domi-
ne non nobis.

ASSIST. Sed nomini tuo da
gloriam.

SACER. Ab occultis meis
munda me Domine.

ASSIST. Et ab alienis parca
seruo tuo.

SACERD. Esto nobis Domi-
ne turris fortitudinis.

ASSIST. A facie inimici.

SACERD. Domine exaudi or-
ationem meam.

ASSIST. Et clamor meus ad
te aeniat.

Sacer

Psal. 113.

Psal. 18.

Psal. 60.

Sacerdos. Oremus.

Exaudi quęsumus Domine
ne supplicum preces, &
consitentium tibi parce
peccatis, ut pariter nobis indul
gentiam tribuas benignus &
pacem.

Cum Sacerdos ascendit
ad altare, dic tu:

Trinitas sancta Domine
Deus salutis meę, qui te
creatorem, salvatorem, &
reparatorem meum grauerter of
fendi, a te ueniam peto, quod es om
nium misericordiarū & totius
consolationis pater ac rogo te
ut me iustifices, & in peccatis mors
tuū uiuiscas & resuscites, per
eum, per quem mortuos resusci
tas & uiuiscas, & impios iustifi
cas, Iesum Christum filium tu
um Dominum nostrum.

2. Cor. 1

Pregha

Presta mihi quod rogaris de
indulgentia tua accipere, quem
agnoscis fiduciam de sua iustis-
tia non habere.

Ad Introitum.

TE Patrem ingenitum, te
Filium unigenitum, te Spi-
ritum sanctum paracle-
sum, sanctam & Individuam Tris-
nitatem, toto corde & ore co-
temur, laudamus atque benedicis-
mus, tibi gloria in secula secu-
lorum. Amen.

Gloria Patri qui creauit nos,
gloria Filio q[uo]d redemit nos, glo-
riæ Spiritui sancto q[uo]d sanctificauit
nos, gloria summi & individue
Trinitati, cuius opera insepara-
bilia sunt, cuius imperium sine
fine manet.

Te decet laus, te decet hym-
nus, tibi debetur omnis honor,
tibi benedictio & claritas, tibi
mitius

Augusti.
II. Medi.
cap. 41.

Ibidem
cap. 33.

*Virtus & fortitudo Deo nostro
in secula seculorum, Amen.*

Litanie.

kyrieleison. Christeleison.
kyrieleison.
Pater de cœlis Deus, misere
re nobis.
Fili redemptor mūdi Deus,
misericordia nobis.
Spiritus sancte Deus, miseres
re nobis.

Sequitur Hymnus Angelicus.

Gloria in excelsis Deo,
Et in terra pax homini
bus bona voluntatis.
Laudamus te. Benedicimus te. As
peramus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi propter magis
nam gloriam tuam, Dñe Deus
rex cœlestis, Deus pater omnis
potens, Dñe fili unigenite Iesu
Christe

Christe altissime. Dñe Deus ag
nus Dei filius Patris. Qui tollis
peccata mundi, miserere nobis. Qui
tollis peccata mundi, suscipe de-
precationē nostram. Qui sedes
ad dexterā Patris, miserere no-
bis. Qyoniam tu solus sanctus,
Tu solus Dominus, tu solus al-
tissimus Iesu Christe. Cum san-
cto spiritu in gloria Dei Pa-
tris, Amen.

Ad primā Collectā dic:

O Mnipotens sempiterne
Deus, da nobis fidei,
spei, & charitatis aug-
mentū, & ut mereamur asequi
quod promittis, fac nos amare
quod præcipis per dominū nos-
strum Iesum Christum, &c.

Ad recitatōem lectionis pro-
phetice seu Apostolice, quæ E-
zandū est: Perinde ac si ipse Pro-
pheta

þeta uel Apostolus coram cōs
titutus nobis concionaretur.

Ad Graduale & Iu- bilationem.

O Adoranda Trinitas,
O uenerāda unitas, per
te sumus creati uera
eternitas. Per te sumus redem-
pti, summa tu charitas. Populus
cunctum tu protege, salua, libes-
ta, eripe, & emunda. Te adoras-
mus omnipotēs. Tibi canimus,
tibi laus & gloria per īfinis-
ta secula seculorum, Amen.

Evangeliū uerba demissō un-
to & erecta mente (ueluti si Do-
mino prædicanti assistere mus)
audienda & meditanda sunt, q
facere monet Diaconus dicens:
Dūs uobiscū, &c. Et glorifican-
dus Dominus quod miserit no-
bis uerba salutis, & glorificatio-
nis signo īosculationis uer-
bū i borum

Ex iub' i
latione
seu prosa
Ecclesiastica.

borum Christi, iudicanda est.

Sequitur Symbolum
quod recitatur in Missa.

Credo in unum Deū, Pa-
trem omnipotentē factō
rem cœli & terræ. Visu-
bilium omnium & inuisibilium.
Et in unum dām Iesum Chris-
tum filium Dei unigenitum, &
ex patre natum ante omnia ses-
cula. Deum de Deo, lumen de
lumine. Deum uerū de Deo uer-
to. Genitum non factū, consub-
stantialē Patri, per quem cīa fa-
ctas sunt. Qui propter nos homi-
nes, & propter nostram salutē
descendit de cœlis. Et incarna-
tus est de Spiritu sancto, ex Ma-
ria uirgine. Et hemo factus est
Crucifixus eris pro nobis, sub-
Pōtio Pilato passus & sepultus
est. Et resurrexit certa die se-
cundum scripturas. Ex ascendit

in

in cœlum, sedet ad dexterā Pateris. Et iterum uenturus est cū gloria, iudicare uiuos & mortuos. Cuius regnū erit finis. Et in Sp̄ritum sanctum Dñm & uiuiscentem: qui ex Patre Filioq̄ procedit. Qui cū Patre & Filio simul adoratur & conglorificat. Qui locutus est per prophetas. Et unā sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionē mortuorum. Et uitam uenturī seculi;
Amen.

Quando procedit sacerdos ad oblationē, dic.

Domine sancte pater, q̄ per Iesum Christum filium tuū, Novi Testamenti nouam oblationem docui
b 2 si

Irenaeus.

Oblatio
panis &
uenti mys-
stica.

Augu. de
verbo do-
mini secū-
pum Lus-
cam ser.
28.

sti, quā Ecclesia a' s' f'is Ap'los
lis accipiens, in universo mūndo
offert tibi Deo rerum omnium
creatori & seruatori, prferēs
significantē mysterio p'mitias
ex tuis creaturis & donis, pa-
nem & uinum aqua mixtum, in
carnem & sanguinem dilecti fi-
lij tui mox consecranda, ut ea
oblatione representet illum, q'
est p'anis uiuis descendens de
celo, dans uitam mundo, qui &
sanguine & aqua de latere suo
profluentibus, lauit nos a pecca-
tis nostris. Digneris summe De-
us hanc oblationem, quam Eca-
clesia tua Catholica tibi per fas-
cerdotem, nostris uotis accedē-
tibus offert, placatus accipere
pro cuncto populo tuo, quē ac-
quisisti precioso sanguine eius
dem dilecti filij tui Domini nos-
tri Iesu Christi.

Daniel. 9

TV misereris nostri Domine, & nihil odisti omnem que fecisti. Memorare, ergo quae sit nostra substantia, quia tu pater noster es, ne irasceris nobis, neque multitudinem uiscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificatiōnibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis Domine iniquitates nostras, & ignem sancti spiritus ritus in nobis clementer accensa de. Aufer cor lapidatum de carne nostra, & da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, & honorificet, te delectetur, te sequatur, te perfruatur.

Domine quod iustificas impios, & uiuificas mortuos, uiuifica & resuscita me, dominus Deus meus, Da mihi Domine cor
b 3 punctio

punctum cordis, & lachrymas
oculis meis, ut diebus & nocti-
bus omnes negligentiae meæ di-
es defleam, cum humilitate &
puritate cordis, a proprietate
mea in conspectu tuo Domini
ne. Si iratus fueris domine con-
tra me, quem adiutorem quæ-
ram, aut quis miserebitur ini-
quitatibus meis? Memeto Deo
mine quod Chananea, & Publi-
canum vocasti ad poenitentiam,
& Petrum lachrymantem sus-
cepisti, & meas preces suscipe
misericors Deus, Saluator, qui
uis & regnas in secula seculorum.

Quando Sacerdos thuri-
ficat, dic:

Diriga e Dñe oratio mea
sicut incensum in conspe-
ctu tuo, fiat quælibet accessio
nabilis, & ascendat ad te in os-
dorem suavitatis.

Quando

Matt. 15.
Lucx 18.

Lucx 22.

Psal. 140.

Quando se uertit ad círcus
cūstantes dicēs; Orate
pro me, &c. dic:

O rent pro te omnes sancti &
electi. Det, Spiritus sanctus
supueniat in te, & uirtus altissimi
mei obumbreret tibi. Exaudiat te
Dominus in die tribulationis:
Protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto,
& de Syon tueatur te. Memor
sit omnis sacrificij tui, & holos
caustum tuum pingue fiat.

Psal. 19.

Sequit̄ q̄tidiana prefati:
O qua ante orationē pre-
missa, Sacerdos parat a-
stantiū mētes, incipiēs à
cōclusiōe secreta oratio-
nis, ut astātes ad eam &
oblationē addāt suū Am-

Cyprian.
in oratio-
nē dicam.

Oratio
Canon.
Missæ.

b 4. Per

Oblatio
gratiarū
actionis.

Per omnia secula seculorum.
CHO. nomine populi: Amē.
SACER. Dominus uobiscum.
CHOR. Ecce cum spiritu tuo. SA:
CERD. Sursum corda. CHOR.
Habem⁹ ad domiuū. SACER.
Gratias agamus dño Deo nostro
CHOR. Dignum & iustum est.

Vere dignum & iustū ē,
aequum & salutare. Nos
tibi semper & ubiqꝫ gra-
tias agere dñe sancte pater om-
nipotēs æterne Deus, per Chri-
stū dñm nostrū, per quē maiesta-
tem tuā laudant Angeli, adorāt
Dominaciones, tremūt Potestas-
tes, Cœli cœlorunqꝫ Virtutes
ac beata Seraphin socia exulta-
tione cōcelebrant. Cum quibus
& nostras uoces, ut admitti ins-
beas deprecamur, supplici con-
fessione dicentes.

Hymnus Angelicus.
Sanctus

Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus
minus Deus Sabaoth. Plenū
sunt cœli & terra, gloria tua
Osanna in excelsis. Benedictus
qui uenit in nomine Domini,
Osanna in excelsis.

Interea díc:

Gratias ago tibi clementissime & benignissime amator hominum Deo: Qui per Iesum Christum filium tuum dominum nostrum, eum non estemus, potenter fecisti nos, & cum perdissemus culpa nostra, mirabiliter liberaliter & recuperasti nos. Gratias ago pietati tue ex totis precordijs meis, qui propter tuam inenarrabilem dilectionem (quod nos miseros & indignos mirabiliter benitate amare dignatus es) misisti eundem unigenitum tuum de sinu tuo ad publicum nostrum, saluare nos quod tunc patores & si

August.
li. Medie
ta.ca. 14.

Iean 3.

Iij perditionis eramus. Gratias
ago tibi pro sancta incarnatione
& nativitate eius, & pro gloriose
genitrici eius, de qua ipse cara-
nē assumere dignatus est propter
nos, & propter nostrā salutē, ut si-
cūt uerus Deus ex Deo, ita uer-
us homo ex hoīe ē. Gratias ti-
bi ago pro passione & cruce eius,
pro morte et resurrectione eius,
pro ascensione eius in cōclum, & ses-
de maiestatis eius ad dexteram
tuā. Gratias tibi ago pro sacra
tissima illa effusione preciosissi-
mū gemitis eius, quo sumus redēpti
simul & pro sacrosancto et uis-
fico mysterio corporis & san-
guinis eius, q̄ in Ecclesia tua pa-
cimur & potamur, abluimur &
sanctificamur, & unius summę di-
uinitatis participes efficimur.
Gratias tibi ago pro hac tua mis-
era & inenarrabili charitate, q̄
nos indignos sic amasti & salua-
sti,

Si per unicus et dilectum filium
tuū. Sic eñ dilexisti mundū, ut u-
nigenitū tuū dares, ut oīs q̄ cre-
dit in eū non pereat, sed habeat
vitā eternā. Hæc aut̄ est uita es-
terna, ut cognoscamus te uerū
Deū, & quē misisti Iesum Chri-
stū per fidē rectā & cōdigna si-
dei opera. Gratias deniq; ago la-
bijs & corde, & omni qua ualeo
uirtute Iffinitę misericordię tuę
domine Deus noster, p omnib⁹
miserationibus & bñficiis tuis
quibus mirabiliter nobis per-
ditis subuenire dignatus es, p
eundē filiū tuum salvatorem &
recuperatorem nostrū, qui mors
tuis est propter p̄ctā nostrā, &
resurrexit propter iuslificatiō-
nē nostrā, & nūc uiuēs sine fine
sedet ad dexterā tuā, & ictipel-
lat pro nobis p suā humanitatē
& similitudinē miseretur secun-
dum suam diuinitatem, qua tibi
coequas

Ibidem.

Cap. 15.

Roma. 4.

Roma. 9.
J. Ioan. 2.

coequalis ē: Cui omne genu fles
stitur cœlestiū, terrestriū & in
fernoriū, per quem omnis cœles
tis militia te cōcelebrās canit:
Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Quando Sacerdos tacite
intrat in Sacru Cas
nonem, dic:

Ambro. in
precatiōe
i. prepara
toria ad
Missam,

Oblatio
uotiuā q
nosipso
Deo cōse

Summe Sacerdos & uere pō
stifex Iesu Christe, qui te ob
tulisti Deo patri in arā crucis,
hostiam purā & immaculatam
p nobis miseric̄ peccatoribus,
q carnē tuā & sanguinē nobis
in Sacramēto (quod tua diuina
omnipotēcia cōficitur) reliqui
sti, & hoc sacrificium cōstituisti,
qd offerri præcepisti in comme
moratiōem tui p salute nostra.
Per hanc omnipotētiā tuam ce
rogo ut cōcedas mihi p̄tōri ue
nerandæ passionis tux dignam
memoriam agere, & me totum
meaq

meaq; oī tibi qui es dñs & res-
de mptor meus resignare & cō-
secrare, & huic cœlesti sacrifici-
cio interesse cum timore & tre-
more, & cordis puritate & la-
chrymarū fonte cū lætitia spiri-
tuali & cœlesti gaudio. Sentiat
mens mea dulcedinē beatissimę
presentię tuę, & excubias san-
ctorū angelorū tuorū i circuitu
meo, Amen. Ecce dū pro me sol-
licitus talia postulo meminisse
charitatis de hec, ut et pro alijs
te exorem. Te igitur amatorē
Ecclesiae tuę deprecor Deus
pro sacerdotibus eius, ut yb̄is
simil & meritis uitę, populum
sibi creditū ad cœlestē patriam
luitent. Pro Regibus, Ducib⁹,
& ijs qui in sublimitate positi
sunt, ut patres orphanorū & iu-
dices uiduarū semetipſos exhibeant,
miserijs sc̄q; inopū & gemi-
tibus pauperū doleant, nil nisi
quod

eramis.
Vis hoc sa-
crificiū ho-
norare ani-
mā tuā of-
feras.

Chrysost.
Tom. 1. Ho-
mil. 51.

Postulatio
seu oratio
pro oī gra-
du Eccles-
iæ.

Ambroſs
in precati.
2. præpara-
teria ad
Missam,

quod iustū est ī iudicio querāt,
sicq; administrēt præsentia, ne
amittant bona futura. Pro nra
gīnibus, continentibus ac mīdo
rennūciātibus, ut præsentia des
piciant, futura requirant, ne se
negocijs secularībus īmpletē,
ut tibi militantes placeant, cui
se pbauerūt. Pro cōiugatis, ut
tali affectu se diligāt, ne à deū
derio patrīc cœlestis exorbitēt

Oro Domine pro unīversa
sancta Ecclesia tua Catholica.
Da igitur Domine sacerdotib;,
concordiā. Regib; & Principi
bus iuste iudicantib; tranqui
litatem & pacē. Præsta domine
Rex eterne uirginib; castimo
niam. Deo dicatis cōtinentiam,
Cōtingatis sanctimoniam, Pœ
nitentib;us indulgentiā, Vidiuis
& orphanis sustentationē, Pau
peribus protectionē. Peregrinā
tibus reditū, Nauigantib; por
tum,

August.
lib. medīa
e. 40.

tum, & omnibus fidelibus tuis
salutem.

Oro quoq; Domine clemens;
tia tuam ut sereno uultu nos fas-
mulos tuos, sacri tui nois offici
a prestatore aspicere digneris.
Et ut nulli sit irritum uotum.
nullius uacua postulatio, tu nos
bis preces suggerere, q; s ipse aus-
dire propitius & exaudire dig-
neris. Et ut efficax haec mea sic
deprecatione, beatę Marię uirgi-
nis suffragia peto, quā tanti me
titi esse fecisti, ut prima inter
mulieres nouū munus offerret,
et nulla pr̄ter ipsam tā nouum
acciperet, nouū scilicet munus
prima offerret, ut puerpera nix
go pueraret. Nulla pr̄ter ip-
sam tā nouū acciperet, ut Deū
virgo pareret, & post partum
virgo maveret. Ap̄lorū itercessio-
nē imploro, q; beatissimā Me-
diatoris paupertatē giusq; pa-
ponem

Ambr. in
precat. 1.

Pia cōme-
moratio
sanctorum
Ibidem.

Sonē uestigio insequētes, ad tā
tum celſtudinis culmen perue
nerūt, ut quęcūq; ligarēt ſuper
terrā eſſent ligata & i cœlis, &
que ſoluerēt ſuper terrā, eſſent
ſoluta & in cœlis. Atq; in extre
mis ſedērent ſuper Thronos iu
dicātes duodecim trib⁹ Iſraēl.
Martyrū preces de poſto, q; pro
veritatem nō dubitarunt ſanguī
nē fundere, nec dilexerūt aias
ſuas uſq; ad mortē, ut mortis ſu
perarēt autorē. Conſefforū ora
tiones ex poſtulo, qui bella ten
tantis inimici dum pie uiuerent
in Catholica pace, uel etiā hęre
tiorū cōflictationem diuturno
certamīne pertulerūt, longioris
que & occulti Martyrij pœnas
acceperūt. Taliū domine Deus
preces nunq; ſperniſ, ſi ut pro
me exorent ipſe inspiraueris.
Qui in ęternitate perenni uiuſis
& regnascundap er ſecula, &

in omnibus seculis, Amen.

O Benignissime & clemen-
tissime Pater, cuius Fi-
lius nostri amore, cu[m] ads-
huc impij essemus, formā serui
accipies, factus est pro nobis os-
bediēs usq[ue] ad mortē, mortem
autē crucis. Per hunc te huma-
nitatis habitū, per huius humi-
litatis susceptionē deprecor, p[er]
huius sacratissimā obedientiā,
per huius beatissimā passionem
et mortē, quā Ecclesia tua i[n] hoc
sacrificio (qd filius tu[us] instituit
& offerri i[n] cōmemoratiōe sui
pro salute nostra prēcepit) acce-
ptissimā tibi hostiā p[ro]ia recorda-
tiōe fugi sacrificio offere & res-
presentat te oro, miserere mei
per eundē filiū tuum, qui se no-
bis ineffabili misericordia hic
se presentē exhibet, in dextera
tua nihilominus manēs, qui est
unica propitiatio pro peccatis
nostris

Roma. 9.

Philip. 2.

Ambro. in
precat. 2.

Oblatio
passionis
& mortis
dominicę

I. Ioan. 2.

nostris, non pro nostris autē tan-
tū, sed etiam pro totius mundi.

**Ad eleuationē corporis
dominici, dic:**

SALVE salutaris uictima, pro
me & toto genere humano in
patibulo crucis oblata Christe
rex eterne, homo crucifixe pro
pter hominē, respice sacratissi-
mā carnē tuā, pro me cruci cla-
uis affixā, & lancea perforatā.
Atq[ue] illa quæso pietas quæ te
traxit & uicit, ut in statere glo-
riosissimæ crucis, totius mundi
peccata expiates. Illa te cogat
clemētia ut miserearis mei ple-
ni miserijs, qui in fonte misera-
tions nunc manare cessas, cu-
sodiens animā & corpus meū
in uitam æternam.

**Ad eleuationem ca-
licis.**

Salve

SAlve nobilissime sanguis de
latere domini mei Iesu Christi
Si profluens, & totius ueteris &
nouae culpe maculas diluens. Ab
lue, sanctifica, & custodi animam
meam in uitam eternam.

**Post eleuationem oratio
ad Patrem.**

OMnipotens pater q̄ sic dile-
xisti mandū, ut filiū tuū unū
genitū dares, ut oīs qui credit
in illū, nō pereat, sed habeat uia-
tē eternā: per hunc dilectū filiū
tuū cuius beatissimā passionem
& gloriosam resurreciōem, &
in caelos ascensionē recolo, te os-
tro deduc de carcere aīam meā
ad cōfitendū nomini tuo, libera
me a vinculis peccatorū, & quē
propria merita faciūt lethalem
timere sententiā p̄ hui⁹ dilectū
filiū tui ad dexterā tuā cōsedē
tūs interpellationē, restaūta pla-

Lib. Medi-
tat. ca. 5.

Ibidem.

Offertur
Christus
Ipse Pater
in cruento
sacrificio.

Cap. 6.

catus ad uitā. Quē enim aliis dī
rigā intercessorē tibi nescio, ni
si hunc qui est propitiatio pro
p̄dīs nostris? q̄ sedet ad dexte
rā tuā interpellās pro nobis, ad
uocatus meus apud te Deū p̄
trē. Pontifex summus, non alie
no, sed proprio p̄fusus erore.
Hostia sancta & beneplacēs, &
perfecta in odore suavitatis ob
lata & accepta, agn⁹ sine macu
la, qui p̄cēm non fecit, sed pecca
ta nostra pertulit, & languores
nostros suo liuore sanauit. Hic
est, quē propter peccata populi
tui percussisti, licet ipse sit dile
ctus, in quo tibi bene cōplacuit.
Alspice mitissime Pater dilecti
silij tui humanitatē, et miserere
super infirmi plasmatis debilitatē.
Vide redemptoris supplici
um, & redēpti dimitte delictū.
Oro te Rex sanctorum per huc
sanctum sanctorū, per hunc res
ponsa.

demptore meū, fac me currere
viam mandatorū tuorū, ut ei ua-
leam spiritu uniri, qui mea non
dorruit carne uestiri Iesu Christo
fusili secula benedictus, Amen.

Deinde dic:

Iesu domine, Iesu pie, Iesu ho-
ne, qui mori dignatus es pros-
pter peccata nostra, ac resurrec-
isti propter iustificationē nos-
strā: rogo te per saluificā mor-
tē & per gloriosam resurrectionē
& ascensionē tuā, fac me cō-
mori tibi, ut nō regnet pānī in
mortali meo corpore, & refusci-
ta me de sepulchro uitiorū &
pānorū meorū oīm in nouitas
te uitę, et da mihi quotidie par-
tem in resurrectione prima, ut
in resurrectione secunda merear
ueraciter cū sanctis tuis percis-
pere portionem. Trahe me sur-
sum ad te, qui sedes ad dexterā

Cap. 3.

patris. Trahe me ad te fontem
uiuū, ut inde hauriens aquā ui-
uam, que facta in me fons salīes
transire faciat a morte in uitā
me occurrā tibi redēunti ad iudi-
ciū cum omnibus sanctis tuis ui-
turus cum illis semper tecū in
cœlis. Amen.

Ad memoriam de-
functorū.

Ambro.ia
precat. 1.
præpara-
toria.

ROgamus etiā te sancte
pater, pro spiritibus su-
orum deliū defunctorum; ut
sit illis salus eterna, ac ppetua
sanitas, gaudiū & refrigerium
sempiternū, hoc magnum pietati
sacramentū. Domine Deus
meus, sit illis hodie magnū &
plenū gaudium de te pane uiuo
& uero, qui de cœlo descendisti
& das uitā mundo, de carne san-
cta & benedicta, agni uidelicet
Immaculati, qui tollis peccata
mundi

mundi, & portari de fonte pies
tatis tue, qui per lanceū militis
de latere emanauit crucis xi do
mini nostri, ut consolati exultet
In lande & gloria tua sancta.

Mihī quodq̄ demine Indigno
seruo tuo, secundū multitudinē
miserationā tuarū miserearis,
& cōcessa in pr̄esenti scelerum
uenia, non me sinas in futuro se
culo excruciarī cū impijs, sed a
liquam portiunculā dones cum
sanctis tuis in cœlis, qui in tua
membra cooptati, & in te uanū
corpus effecti, grattas ob tuum
pro se effusum preciosissimū san
guinem, quo filos lauisti) repen
dentes, pro te, & fratribus suis
gloriosum sanguinē fundere nō
dubitareunt, qui te in uita sua a
muerunt, & in morte te sunt
imitati, & ideo coronas triūphal
es meruerūt. Quorum me licet
imparem meritis, participem

et amē fac, sola misericordia tua,
succurrentibus eorum meritis
& precibus, Amen.

Quādo recitatur oratio
Dominica, dic:

Non auderemus te p^{ri}ma
ter coelestis, patris uo
cabulo cōpellare (Idig
ni q̄ serui dicamus tuū) nisi tua
gratuita bonitas per filiū tuum
nos in hūsus nominis honorem
adoprasset, & ille tui cōpellādi
fiduciā addidisset, & p̄cēdi
formulā p̄̄scripsisset. Agnosc
e ergo dilecti filij tui quā nos
docuit orationē, & effundes uis
per nos sp̄ritum precū, & sp̄ritu
cum adoptionis filiorum Dei, q̄
testimoniū ferat sp̄ritui nostro,
q̄ per illum simus filij tui, &
clamet in cordibus nostris, Imo
nos ardentibus notis & desyde
rijs ad te suspirare & clamare
faciat

facias: Pater noster qui es in
celis, &c. dic usq; in finem.

Sequitur.

Agnus Dei qui tollis peccata
mundi, miserere nobis.
Agnus Dei q; tollis peccata mu-
ndi, miserere nobis.
Agnus Dei qui tollis peccata
mundi, dona nobis pacem.

Quando datur Pax, dic:

PAX Dei qui uere creden-
tibus datur, ut gaudentes
de remisso peccato, & dos-
sata gratia, mutua se charitate
complectantur, que & exuberat
omnem sensum & intellectum, cu-
stodiat corda nostra & intelli-
gentias nostras in Christo Iesu.

Et Deus pacis qui eduxit de
mortuis, pastorē magnū onium
in sanguine testamēti eterni, Do-
minus nostrū Iesum Christum,
aptet nos in omni bono ut facias

c f. mus

Philip. 4.

Hebr. 13.

mus eius uolentatē, faciatq; in
nobis quod placeat corā se per
Iesum Christum, cui est gloria
in secula seculorum, Amen.

Oratio.

Deus a quo sancta desig-
deria & recta cōsilia et
iusta sunt opera da ser-
uis tuis illa m(quam) mūdus dare
nō potest) pacē, ut & corda nos
stra mandatis tuis dedita, & no-
stīū sublata formidine, tempora
sunt tua protectione trāquilla,
per Christum dñm nostrum.
Quando sacerdos sumit
Corpus & Sanguinē do-
mini, dic:

Domine non sum dignus ut
intres sub testū meū, dis-
tantum uerbo & sanabitur an-
sia mea. Respice me a longe si-
tem cum pulicano, tundenteri-
pectus

pedius & dicente tibi: Deo pro
pitius esto mihi peccatori. Da
tremeti & adoranti tu horreda
mysteria spiritualiter saltē mani
ducare carnē & bibere sanguis
nem tuū. Da mihi per uiuam in
te fidem, inuisibiliter faginari
de te dulciter uidelicet recolen
ti & credenti, bñdictam carnem
tuā pro me in cruce fractam &
immolatā, & sanguinē tuum de
latere tuo effusum, in remissio
nem pētorum meorum. Da sp̄i
ritu participare, ut tu in me, &
ego in te manens, spiritu tuo ue
geter & incendar ad currēndā
viam mandatorū tuorū. Reple
me spiritu unitatis & charitas
tis, & cōstabilis me in societate
omni sanctorū tuorum: quæ etiā
hoc diuinissimo sacramento sig
natur, quod ex his conficit quæ
in unum rediguntur. Da deniq
ut esuriam & sitiā, & toto cor
de

Lucas.

August.
libro 3. de
doct. Chri
stia. & in
c. credere
& e conse.
dīctū. 3.

August.
in a. G. I.

de desiderem hunc p̄nē uitę,
qui de cōxo descendit, nō mode
spiritu per fidē, sed & in Sacra
mēto de mēs tua, pura & securi
ta mēte & casto corpore freqū
ter accipere, ut hinc non solam
animę meę, sed & carnis substā
cia fulciatur & custodiatur is
uitam eternam, Amen.

Quando sumitur sans
guis, dic:

Hebr. 9. **S**anguis dñi nostri Iesu Chris
ti, qui per Sp̄ritū sanctū ses
metipsum obtulit immaculatū
Deo, emundet conscientiam no
strā ab operib⁹ mortuis ad ser
niendū Deo uiuentī.

Ad ultimam Colle
ctam dic:

Deus qui nobis sub Sacra
mēto mirabili passiōis ue
memoriā reliquisti: Tribue que
sumus

sumus, ita nos corporis & sans
guinis tuis sacra mysteria nene-
rari, ut redemptiois tue fructus
in nobis ingiter sentiamus.

Actiones nostras quæsumus
domine, & aspirando preue-
ni & adiuuando prosequere, ne
eunda nostra operatio a te sem-
per incipias, & per te incepta fi-
niatur.

Gratias tibi agimus domine
sancte pater omnipotens æs-
terne Deus, pro omnibus benes-
ticijs & donis tuis, nobis per si-
lum tuum in Spu sancto misericorditer exhibitis & impensis,
quorum memoriā agimus lices-
indigni. Tibi laus, honor, et gra-
tiarum actio, Deo nostro in ses-
culla seculorum, Amen.

Ad benedictionem Sa-
cerdotis, dic:

Bene

Benedicat nos Deus pater,
custodiat nos Iesus Christus
illuminet nos Spiritus sanctus
omnibus diebus uite nostre, et
firmet nos uirtus Christi, inter-
cedentibus sanctissimis uis indulge-
at nobis dominus uniuersa de-
licta nostra, Amen.

Initium sancti Euangeli
secundum Ioannem.

In principio erat verbum. 80
verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbum. Hoc erat
in principio apud Deum, omnia
per ipsum facta sunt, & sine ip-
so factum est nichil quod factum
est, in ipso uita erat, et uita erat
lux hominum, & lux in tenebris lu-
cer, & tenebrae eam non compre-
henderunt. Fuit Homo missus a
Deo cui nomen erat Iohannes. His
uenit in testimonium, ut testimoni-
um perhiberet de lumine, ut
omnes

omnes crederent per illum. Nō
erat ille lux, sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Erat lux
vera quae illuminat omne homi-
nē ueniēt in hunc mundū. In
mundo erat, et mundo per ipsum
factus est, & mundo eū non cogi-
bouit. In propria uenit, & sui es-
um non receperunt. Quotquot
recepserunt eū, dedit eis po-
testatem filios Dei fieri, his qui
credunt in nomine eius, qui nō
ex sanguinibus neq; ex uolūta-
te carnis, neq; ex uolūtate uitā
sed ex Deo nati sunt. Et uerbū
caro factū est, & habitauit ī nos-
bis. Et uidimus gloriam eius glo-
riam quas unigeniti a patre,
plenum gratiæ & ueritatis.

Finis prectionum ad
Missam,

QYAN.

QVANDO COM-
municare uis corpori &
sanguini Dominico.

Ad mēsam tui dulcissimā
cōiuīj domie Rex Ans-
gelorū, ego indignus pec-
cator accessurus, uereor & cō-
tremisco, cor habens multis ma-
xulis aspersum, corpus non cau-
te custodiū, mentē & lingvā ins-
quīnauī, & quidē cum peccati
cis conscientię meę librū reuel-
uo, uestem innocentiae quam in
Baptismo accepi grauiter cons-
ciissam iuenio, uulnerūque mes-
orū cicatrices (quas ex consensu
humanæ fragilitatis & insip-
entiae meę aduersariū mihi ins-
tituit) magis corruptas quam sa-
natas agnosco. Vnde miser ego
inter agustias apprehēsus quid
eligam ignore. Scio enim verba
tuę

ture reuerendæ ueritatis, quis
bus exhortatus es nos dicens:
Nisi manducaueritis carnem me-
am, & biberitis sanguinem me-
um, non habebitis vita in uobis:
Sed propter gratiam & multipli-
ciam delicia mea, exterrent me
terba Apostoli tui, quibus com-
minatus est dicens: Qui mandu-
cat carnem Domini, & bibit sangu-
inem eius indignus iudicium ibi
manducat & bibit. Verum & bea-
ta & pia diuinitas, O tremenda
maiestas, O ineffabilis & inscruti-
bilis sanctitas, quo ibo a spu-
tu, & quo a facie tua fugiam?
Siquidem corda scrutaris, & con-
scientiarum quæcum secretissima,
nude & aperte intueris. Ad te
ergo fonte misericordie lauans
dare recurro, ad te piu Samari-
tanum, infirmitatis humanae singu-
larem medicum, sanidus festino. Ad
te cõfugio, & quem Indicem susti-

Ioan. 6.

2. Cori. 11

Lucr. 10.

nere nequeo, Saluatorem haber-
re desydero. Tibi dñe plagi-
meas ostendo, tibi uerecudiam
meam detego. Video pñ mea
magna & multa, & timeo. Vide
o suauitatem & misericordias
tuas, quare nō est numerus, &
sperare audeo.

D Omine Iesu Christe rex
terne, homo crucifixe pro-
pter hominē, respice sacratissi-
mam & virginalem carnem tu-
am, cruci clavis affixam, lācez
perforatam, et uerberibus dire-
& miserabiliter flagellatā. Re-
cordare quoq; factos sancti suo-
ris tui, qui factus est sicut gutte
sanguinis decurrentis in terrā.
Et hæc omnia & multo plura
te pro me sustinisse momento.
Ita ergo pie asquæ te traxi-
me crucis, totius mudi peccata
expiare.

expiates, ipsa te commoueat &
cogat clementia, ut miserearis
mei pleni miserijs. Tu q̄ i fonte
misericordiis nūq̄ manare cessas

Salue salutaris uictima, p me
& humano genere in patibū
lo crucis oblata. Salve nobilissi
me sanguis, de latere domini no
strī Iesu Christi profluens, & to
tius ueteris & nouæ culpæ mas
culas diliens. Per hunc tuū pre
cioissimū sanguinem, clementissi
me dñe Iesu lana me ab oībns
iniquitatibus meis, ut purificas
to corde & spiritu degustare
metear sancti sanctore. Sicq̄ mihi
hoc uenerabile Sacramentū, cōs
tra hostiles insidias inexpugna
bile pr̄sidiū, ut salutari viatis
co reficius, lubricis huīus uite
nias, immaculato calle transire
mercar, & ad te dominū Anges
torū sine impedimento diabolis
ex accusationis peruenire uaz

d' z. Team

Ieām Iesum Christū, per quē
creatus sum cū non essem, repa-
ratus sum cum perditus essem,
Qui uiuis, & regnas, &c.

Alia Oratio.

Domi Iesu Christe qui
es cū Patre & Spiritu
tu sancto unig. essentis
Deus, in quo est uera cīm pecca-
torū remissio, per quē salus &
uita præstatur æterna. Qui pu-
blicanū confidentem iustificasti
Chananę humiliiter inuocante
exaudisti. Petru te negantē res-
spexit, flentē quoq; misericor-
diter suscepisti, & Latroni cōfi-
tentī ueniā cum gloria Paradisi
donasti. Da mihi peccatori ues-
niā oīm scelerū meorū, ut huīus
sacrosancti corporis & sanguis
nis tuī communicatio, ad quam
fessiō, nō sit mihi ad iudiciū cō-
demnatiōis. Sed ad remedium

pro

proficit salutis. Per omnia
secula seculorum, Amen.

Alia.

Domine Iesu Christe ro-
go te per sacrosanctum
mysterium corporis &
sanguinis tui, quo in Ecclesia
tua pascimur & potamur, ablu-
mur & sanctificamur, accep-
sumus diuinitatis participes
efficiamur. Ve des mihi uirtutes
tuas sanctas, quibus repletus,
bona conscientia ad altare tuum
accedam. Ita ut haec coelestia Sa-
cramenta efficiant mihi aliis &
uita. Tu em dixisti ore tuo sans-
to & benedicto. Panis quem ego
dederò caro mea est pro mādi
uita. Et qui manducat me, uivet
uiuet propter me. Ipse manet in
me & ego in eo. Ego sum panis
uiuus q̄ de celo descendī. Si q̄s
manducauerit ex hoc pane uiuet

Ambro. in
Orat. i.
præparat.

in æternum.

Ibidem.

Panis dulcissime sana palatū
cordis mei ut sentiā suauitatē
amoris tui, Sana ab oī languore
ut nullā præter te amē pulchris
tudinem. Panis candidissime ha-
bens intrōne delectamentū. &
oīs saporis suauitatē, q̄ nos sem-
p̄ reficis, comedat te cor meum
& dulcedie saporis tui repleat
uiscera aīe meæ. Manducet te
Angelus pleno ore, māducet te
peregrin⁹ homo p̄ modulo suo
ne deficere possit in uia taliter
creatus uiatico.

Ibidem.

Panis sancte, panis uiue, panis
pulcher, panis monde, q̄ descen-
disti de corlo, & das uitā mūndo
ueni in cor meū & mūda me ab
oī inquinamēto carnis & spūs:
intrā in aīam meā, sana & san-
ctifica me Iesus & exterius, Ego
tutamē et perpetuā salus corpo-
ris & animę meę. Repelle à me
insidiā

infidiles mihi hostes. Recedat
procul à præsentia tua, ut foris
de intus pte munitus recto tras-
mite perueniam ad tuū regnum.
ubi nō mysterijs sicut in hoc rēs
pore agit, sed facie ad faciē te
videbimus cū tradideris regnū
Deo patri, & erit Deus clā in
obīs. Tunc me de te satiabis
satiestate mirifica, ut nec esuriā
nec sitiam in æternū. Qui cū eos
dē Dēo Patre & Spū sancto uis
uis & regnas, per omnia secula
seculorum. Amen.

1. Cor. 15.

Post communionem.

AGO tibi gratias domi-
ne Iesu Christe, qđ' me
indignū p̄fōrem partī
cipem dignat⁹ sis facere precio-
si Corporis & Sanguinis tui. Ac-
cende, illumina, & sanctifica
me uas tuum, de malitia euacua
imple de gratia, & plenum con-
d 4. ferua

Augustin.

serua, ut uinā de te, madam post
te, perueniā ad te, & repausem
in te dñe Deus meus, Amen.

SEQVVN-
tur quædā aliæ piaæ Pre-
catiōes que quocunq;
tempore dici
poterunt.

Ad Deum Patrem.

Ex oratio-
ne D. Cyp-
riani.

Deus Pater domini nos-
tri Iesu Christi filij tui
Deus Patriarcharum,
Deus Prophetarū, Deus Apo-
stolorū, Deus Martyrum, Deus
Virginū, Deus credentium: Te
deprecor pater Maiestatis, qui
in fine temporum misertus es
nostris: miserebis nobis Iesum
Christum filium tuum, dominū
Deum

Deum salutarem nostrum, na-
tum ex Maria virginē de Spiri-
tu sancto, annunciāte Gabriele
Angelo, per quem nos liberasti
de periculo mortis imminentis.
Te rogo Domine subueni mihi,
noli me secundum actus meos
iudicare, nō enim parvū præces-
ptis tuis. Sed Exomologesin fa-
cienti ante cōspicuum tuū, pro
universis p̄ctis meis, qui es ama-
tor poenitētiq; miserere mei. Et
ut David orat, Domine propter
nomen tuum dele p̄ctū meū. Ita
& ego deprecor maiestatē tuā,
dele universa p̄cta mea, fac ut si
de illibata, mente incorrupta,
dēnotione robusta, dilectione
& operatiōne cōtinua, in Eccle-
sia sancta tua persistā, & libera
me ab igne & p̄cna perenni,
& ab omni tormento quod patas
mi iniquis, per bonū & benedis-
cū Iesum salutarem nostrum,

per quē tibi laus honor, virtus,
et gloria in secula seculorum. Am

Ad Filium Dei.

Ex eodē.

Ioan. 2.

Mat. 15c

Matth. 8.

Matth. 14.

Dominus Iesu Christe fili Dei
uiui, qui fecisti tanta mira-
bilis, qui in Cana Galileae de 22
qua uinū fecisti, qui cœcis ocul-
is aperiuiti, qui surdos audire
fecisti, quod paralyticos ad sua mē-
bra reuocasti, quod soluisti linguas
blesorum. Demonio uexatos fa-
nasti, claudos currētes fecisti ue-
luti ceruos, mulierem de proflus
uio sanguinis liberasti, lepros-
os mundasti, mortuos suscitasti
supra aquam pedibus ambula-
sti, & Petro habenti manū tradi-
disti. Qui passus es sub Pontio
Pilato, quod crucifixus descendisti
& oculasti aculeū mortis. Qui
resurrexisti a mortuis, & appa-
ruisti Apostolis tuis. Qui sedes ad
dexterā patris, & uenturus es
iudic

indicare viuos & mortuos. Tu
ipse nobis Testamētū fecisti:
Petite & accipietis, pulsate &
aperietur uobis. Quodcumq; à
Patre perieritis nomine meo,
ego à Patre petā ut accipiatis.
Petto igitur ut accipiam, quero
ut inueniā, ego pulso ut aperiat
mihi. Ego intuo nomine peto, ut
tu à patre petas, & detur mihi,
Interpella pro peccatis meis, li-
bera me ab aduersaria potesta-
te. Da openi uincēdi inimicum,
& libera me in die iudicij tuī,
de æternæ mortis interitu, quos
niam tu es potes, assertor & ad-
uocatus precum, & dominus as-
simarum nostrarum cui flectis
mus genua, & curuamus ceruis
ces, cui omnes lingue confitent-
tur coelestiū, terrestrium, & ins-
fernorum, quia tu es in gloria
Dei patris. Amen.

Oratio

Matth. 7.
Lucæ. 11.

Ioan. 14.
& 15.

Philip. 21

Oratio ad Spiritum
Sanctum.

Cyprian.
in sermo.
de sancto
spiritu.

Ad te sancte Spiritus,
& paraclesum tuam ex-
pectantibus, illabere coe-
litus, sanctifica templum corpo-
ris nostri & consecra in habitu
culū tuū, desyderantes te aias
tua præsentia lætifici, dignam
te habitatore domum compone
Adorna thalamū tuum, & quic-
tis tuæ reclinatoriis circunda
varietatibus uirtutū: ferne pa-
uimenta pigmentis, nitreat manus
sio tua carbunculis flammis, &
gemmarum splendoribus, & om-
niam Charismatum intrinsecus
spirent odorem: affatim hab-
familiq[ue]r, fragranzia sua cui
biolum tuum imbuat, & abi-
gens inde quicquid tabidum
est, quicquid corruptelæ semia-
rium

rium, stabile & perfectum hoc fas-
ciēs gaudium nostrum, & crea-
tionis tue renouationem in de-
core immarcessibili solides in
& eternum, Amen.

Alia ad Deum Patrem Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, Pater sancte & bone, qui nos sic dilexisti, ut etiam proprio filio non parceres, sed pro nobis impensis traderes illum, te rogo. Ibi beame ab oibus malis per hunc redemptorem nostrum, sedente ad dexteram tuā, per ipsum me iustifica, qui pām non fecit, nec invenatus est dolus in ore eius. Per ipsum caput nostrū, in quo nulla est macula, libera membra eius

ei⁹ licet infirmum & exiguū.
Libera me queso a peccatis,
vitijs, culpis & negligēcijs me⁹
is. Et repie me sanctis tuis uirtu⁹
tibus, & fac me bonis pollere
moribus, fac me in sanctis opes
ribus tuis propter nomen sau⁹
ctum tuum perseverare usq; in
finem, secundum tuam uolunta⁹
tem. Per eundem dominum no⁹
strum Iesum Christum filiu⁹, &c.

Ad Filium.

OIesu Christe fili dei, fili⁹
sit; q; hominis Deus noster.
Nostram quæsumus fra⁹
gilitatem agnosce, nobis sc̄itib⁹
bus ignosce peccantibus, mises⁹
tere rogantibus, ut per hoīem
prohibis interpellas, & per tuā
sempiternā Dinitatem cum
Patre & Spiritu sancto nobis
tuis famulis miserearis. Et q;
præter,

Prēter te nullum remedium spe-
ramus, te clementem iudicē has-
beamus. Scis enim cor nostrum
quia cito est ad malū proclive,
ut suscipiamur in humilitate rā-
tum cordis conçitī precamur.
Quia nihil aliud habemus notis-
ium, nihil beneplacitum quod
tibi offeramus, nisi cordis cōtri-
ti et humiliati sacrificium quod
credimus ā te non sperni miseri-
coris Deus.

Ad Spiritum sanctū.

O Misericordia! Paraclete Spirī-
tus ex Parce Filioq[ue] proces-
sēs, diuinē numinis amor, iā cor-
dis mei penitentib[us] potēti illa-
dere ueritate, & tembras cordis
mei luminis tui fulgore plius in-
habētator illustra, ariditatemq[ue]
pectoris mei, tui diuinē roris ab-
undantia uisitando forendā.

Saucia

Angusti.
lib. Medi-
tat. ca. 9.

Sanctia interioris hominis arcana
tui amoris iaculo, sanctique
ferueris igne torpente in accen-
de, petra me torrete uoluptatis
tuæ, ut nihil degustare libeat
mudane uenenatae dulcedinis.
Veni humilium doctor, superbo-
rum destructor, ueni mundator
scelerum, curator vulnerum, ueni
fortitudo fragilium, relevator
labentium, ueni benignissime do-
lētis aliae cōsolator, ueni sanctissime
Sp̄s, ueni et miserere mei
Apro me tibi & cōdescende pro-
picius mihi, ut mea tuæ magnis
rudini exiguitas, robori & tuo
mea imbecillitas secundū multi-
tationum, per Iesum Christum sal-
uatorē meū, q̄ cum Patre i tua
unitate uiuit & regnat in seculis
la seculorū, Amen.

Alia Oratio de passione
domini

domini nostri Iesu Christi,
quæ S. Augusti
no ascribitur.

Deus qui pro redemptione
mundi uoluisti nasci, circu-
cidi, Iudeis improbari, à Iuda
traditore osculo tradi, uinculis
alligari, & sicut agnus innocens
ad victimā duci, atque ad conspes-
tū Annæ, Caiphæ, Pilati & He-
rodis indecēter offerri, à falsis
testibus accusari, flagellis & op-
probrijs vexari, sputis conspuī
spinis coronari, colaphis cœdi,
arundine percuti, facie uelari,
vestib⁹ spoliari, cruci clavis af-
figi, in cruce levari, inter latro-
nes deputari, felle & aceto pos-
tari, & lacea vulnerari. Tu dñe
per has sacratissimas pœnas tu-
as quas ego indignus recolo, &
per scđm crucē ac mortē tuam
libera me à pœnis inferni, et pro-
ducere

In calce
Tomo. 10

ducere me digneris quo perdus
xisti Latronem tecum crucifixum.
Qui cum Patre & spiritu sancto ui-
uis & regnas Deus per omnia
secula seculorum, Amen.

Oratio D. Gregorij ad
dominum Iesum.

Reperitur
commētas
ris eius
in 7. Psal.
pōnitēria
les subiss
ta.

Bone Iesu uerbū Patris, spē
de syderāt Angeli pspicere, do-
ce me facere uoluntatē tuam, ut
spiritu tuo bono deductus, ad beas-
tā illā perueniā ciuitatē, ubi est
dies xternus, & unus cīm spiri-
tus, ubi est certa securitas & se-
cura xternitas, & xterna tran-
quillitas, & tranquilla fōlicitas
& fōelix suauitas, & suavis iox
eunditas, ubi tu Deus cū Patre
& Spū sancto uiuis et regnas p
infinita seculorum secula, Amen.

Alia,

Domini

Domine Deus salutis meæ,
qui ostendisti mihi bene uī
uendi uiam minatus es mihi ge
hennæ, & pollicitus es paradisū
Tu Pater misericordia et De
us totius cōfolationis, cōfige tī
more tuo carnes meas, ut quæ
minaris me tuēdo euadā, & redi
de mihi lætitia salutaris tui, ut
quæ spōdes diligēdo, percipiā.

Augustin.
lib. Medi
tat. cap. 2

Ple & misericordissime Dñe,
ne efficiaris mihi inexora
bilis propter peccata mea, sed
propter bonitatē tuā, preces ser
ni tui exaudi, & da mihi effectū
petitiōis meę & desyderij mei
intercedēte & orante & impes
trāte gloria tua nīrgie genitricē
tua Maria, Dña mea, cum omni
bus sanctis tuis, Amen.

Bede lib.
cap. 358

Ad beatissimā uirginē
Matrē Oratio Ecclesiæ.
e z Sancta

Sancta Maria mater dñi nos
tri Iesu Christi, pia & perpe
tua uirgo, cū oībus sanctis & e
lectis Dei, intercedere dignare
pro nobis miseris p̄tōribus ad
dñm Deū patrē omnipotentem, ut
mereamur ab eo adiuuari, sal
uari, protegi & defendi. Qui in
Trinitate perfecta uiuit & reg
nat Deus in secul. &c. Amen.
Supplex canticū in laus
dē eiusdem sacratiss
imae uirginis.

Canticū nō modo dulcissimum,
sed & artificij nō uulgaris, si
consyderes ut inibi mater filii
Dei ap̄issimis epithetis consi
serē per cōtrariū ad matrē fa
licitatis nostræ Euam, cuius
εὐτίτυπογ est.

SAlue Regina misericordie.
Vita, dulcedo & spes nostra
salus.

Metono
mya. Vide

Ad

Ad te clamamus exules filij Eusebii
Ad te suspiramus gemelles &
fientes in hac lachrymarum nalle
Eia ergo aduecata nostra, illes
tuos misericordes oculos ad
nos converte.

Et Iesum benedictum frumentum ven-
tris tui, nobis post hoc exili-
um ostende.

O clemens Maria, O pia Ma-
ria, O dulcis Maria.

(Hoc canticum magnopere placuisse
et diuino Bernardo, receptum & us-
statum in Ecclesia annis non mis-
sus quingentis, ascribitur Hermanno
Contracto Comiti, eruditissi-
mo & piissimo sui episcopis Monas-
cho, Per Abbatem Tritchemium.

ALIVD SIMILE.

Hec est præclarus Para-
cleri spiritus sancti.
Hæc est glorirosa civitas Dei.
Hæc est mulier virtutis, que co-

nostrâ ex-
positiōne
Angelicæ
salutatio-
nis.

Iren. lib. 5.
contra ha-
eres.

Lucx. 1.

Psalm. 86.
Chrysost.
Gene. 3. 1c.
git(ipsa)
Homil. 17.
in Genes.

erfuit caput serpentis.

Hec est sole speciosior, luna pul
chrior.

Aurora rutilansior, stellis præ
clarior. Hac peccatores dencie
ad eam, Rea peccata rōdamus
dicentes. Sancta, Sancta, Sancta,
Maria, Clemens & pia dominus
nostra, Fac nos tuis precibus cō
sortes coelestis gloriae. Amen.

Vers. Ave Maria gratia plena
Dñs tecū, Benedicta tu in mu
lieribus & benedictus fructus
uentris tui.

Oremus.

INTERVENIAT pro nobis quæsit
imus dñe Iesu Christe, nunc &
in hora mortis nostræ apud tuā
clementiam gloriosissimā virgo
Maria mater tua, cuius sacratissi
mā aliam in hora mortis et pas
sionis tuæ doloris gladius per
transiuit. Qui uivis & regnas
cū Deo patre in unitate spiritus
sancti

santi Deus, per omnia secula
seculorum. Amen.

In seruis Paschalibus.

Reginaz ceciliatate, Hallel.
Quia quē meruissi portare
Halleluia. Resurrexit sicut
dixit, Halleluia. Ora pro nobis
Deum. Halleluia. Vers.
Gaude dei genitrix virgo. Hal.
Quia surrexit filius tuus, Hal.

Gregorio
tribuitur.

O R A T I O.

Profit nobis quęsumus omni
potens pater, & pręcipie in
ter hęc festa Paschaliz filij tui
solennia, cōtinuata Dei genitri
eis et virginis Marię memoria.
Quae & asticit unulnerata chari
tate in cruce pendenti, & nunc
Regina astat in cęlo regnanti
Eidē Iesu Christo filio tuo dño
nostro. Qui tecū uiuit & regnat
in unitate spiritus sancti Deus,
per omnia secula seculorum.

Ad omnes sanctos.

Augustin.
lib. Medit.
tat. ca. 40.

Sancta & immaculata Dei ges-
nitrix virgo Maria, inten-
uenire p me digneris apud
illicum cuius meruisti effici templū,
Sancte Michael, sancte Gabriel
sancte Raphael, sancti chori An-
gelorum atq Archangelorum, Pa-
triarcharum atq Prophetarum.
Apostolorum, Euāgelistarum, Mar-
tyrum, Confessorum, Sacerdotum,
Leuitarum, Monachorum, Vir-
ginum, omnium institorum: per illum
qui nos elegit, & de cuius con-
templatione gaudetis, uos roga-
re præsumo, ut pro me culpabilis
li, ipsi Deo supplicare dignemis-
ti, quatenus de faucibus Diabo-
li, & de morte perpetua mere-
ar liberari.

ALIA.

Augustin.
lib. Medit.
tat. ca. 14.

FOEICES animi, qui iam per-
transistis huius mortalitatis
pelas

pelagus, & peruenire meruissis
ad portū perpetuę quietis, secu-
ritatis, & pacis, securi & trans-
quilli semperq; festivū atq; gau-
dentes. Obsecro uos per uestrā
charitatē qui securi estis de no-
bis solliciti estote de nobis, qui
securi estis de uestra immarces-
ibili gloria, solliciti estote de
nostra multiplici miseria. Per
ipsum uos rogo qui uos elegit,
quos tales fecit, de cuius pul-
chritudine iā satiamini, de cuius
imortalitate iā imortales facti
estis de cuius beatissima uisio-
nē semp gaudetis. Estote iugiter
memores nostri, subuenire nos-
bis miseris, q; adhuc ī salo huius
vitę circumstantibus agitamur
procellis. Intercedite & orate
cōstāter & indeſinēter p; nobis
miseris, multūq; negligentibus
peccatoribus, ut p; uestras oras-
tiones, uestro sancto cōsortio cō-

longamur. Crate Dominum, orare p̄fissimi, orare omnia agn̄na sanctorum & universi cœtus beatorū, ut vestris precibus meritisq; adiuti salua nō uue et intercessiis mercibus peruenire mereamor ad portū perpetuæ salutis & quietis & cōtinuæ p̄cūs, & nunq; finiendæ securitatis, ubi uos es sis, ubi uos gaudetis, ubi cū Deo sine fine regnatis.

Apostrophe ad uirginem matrem.

TV præcipue, tu ante omnes & super omnes Regina cœli, & domina terræ, uirgo semp̄ sanctissima, mater Dei & domini nostri Iesu Christi, tu ora pro nobis, ut genti peccatrici & populo pleno peccatis, tuis precibus, tuisq; sanctis meritis misericordia nobis omnipotens Deus, filius

filius tuus, qui te nihil negans
honorat, idem Iesu Christus
in secula benedic, Amen.

Oratio Ecclesæ.

Saluator mundi, salua nos
omnes, sancta Dei genitrix
virgo semper Maria
ora pro nobis, precibus
quocumque sanctorum Aposto-
lorum, Martyrum & Confessorum,
atque sanctorum Virginum
suppliciter petimus, ut a malis
omnibus eruamur, bonisque emi-
tibus, nunc & semper perfici me
re amur, Amen.

Finis Precatio-

rum.

Bene

BENEDICTIO
mensæ qua primum uſi
uidentur Clerici & Mo
nachi pariter cōiuātes,
postea recepta ad
quæuis con
uiua.

LECT.

Omnes pa
riter.

Benedicite. CON. Dñs
LECT. Gustate & vide
te quoniā suanis est Do
minus, beatus uir qui sperat in
eo. Gloria Patri & filio & spirit
uī sancto. CONVI. Sicut erat
in principio & nunc & semper
& in secula seculorum, Amen.
LECT. Kyrieleison. CON.
Christeleison. LEC. Kyriele
son. Pater noster. &c. Ave Ma
ria. &c. SACERDOS seu pa
terfamilias. Et ne nos inducas
in tentationem. CONVI. Sed li
bera

hera nos à malo.

Sacerd.

Oremus.

Benedic nos Domine, & hęc do-
na tua, quae de tua largitate fu-
mus sumptui per Christum do-
minus nostrum. Omnes: Amē.
LECT. Iube dñe benedicere.
SACERD. Mens cœlestis par-
ticipes faciat nos Rex æternæ
gloriar. Amen.

Lectio.

LECT. Deus Charitas est, & q
manet in charitate in Deo ma-
net, & Deus in eo, Et ipsa chas-
ritas nos benedicat, & ad uitā
æternam perducat, Amen.

Gratiarum actio post ci-
bum, priori benedi-
ctioni similis.

LECTOR.

DE

DE tali conniuio benedicas
m^{is} D^{ño}. CON. Deo gra-
tias LEC. Gracias agim⁹ tibi
domine Iesu Christe p^{ro} uniuersi-
tatis donis & beneficijs tuis, qui
uiuis & regnas Deus per omnia
secula seculorum. CONVL.
Amen.

kyrieleison, Christeleison.
Kyrieleison Pater noster, etc.
Aue Maria, &c. Et ne nos idus
cas, &c. Sed libera nos, &c.
LECT. Dispergit dedit pauperes
ribus. CON. Iustitia eius ma-
net in seculum seculi. LECT.
Benedicā dñm i omni tempore
CON. Semper laus eius in ore
meo. LECT. In Domino laudas
bitur aia mea. CON. Audiant
mansueti & legitentur. LECT.
Magnificate Dominū mecum
CONVI. Et exaltemus nomen
eius in idipsum. LECT. Sit no-
men Domini benedictū. CON
VI

Preces p
benefactos
tib⁹ uiuis
Psalm. 111.

2. Corin. 9
Psalm. 33.

Ibidem.

Ibidem.

Psal. 112.

VI. Ex hoc nunc &c usq; in se-
culum.

Presbyter seu Paterfa-
milia.

Oremus.

Retributor omnium ho-
norū Deus retributere
omnibus nobis bona fa-
cientibus, ppter nōmen sanctū
tuum uitam æternam, Amen.

LECT. Et animæ omnium sa-
delium defunditorum per piam
misericordiam Dei sine fine res-
quiescat in pace, Amen.

LECT. kyrie eleison. CON VI
Christeleison. **LECT.** Kyrie
eleison. Pater noster. Ave Ma-
ria, &c. **LECT.** Et ne nos indu-
cas, &c. **CON VI.** Sed libera
&c. **LECT.** Benedicite. **CON**
Dominaus,

Preces p
bñfactoris
bus mort
tuis.

Vos

Votum Generale.

Subaudi
be redicat

LECT. Dominus det uiuis gra
tiam, Defunctis requie, Eccl
esię pacem nobis autem miseris
peccatoribus, post hanc uitā ui
tam & iætitiam sempiternam.
CONVI. Amen.

Alia ex Chrysostomo Benedictio.

Homil. 57.
Tomo. 4.

Benedictus Deus qui pass
ois me a iuuentute mea,
Qui das escam omnian
ni, imple gaudio & iætitia cor
da nostra, ut omnē sufficiētiam
habentes abundemus in omne
opus bonum, in Christo Iesu do
mino nostro, cū quo tibi gloria,
honor, & imperium cum sancto
spiritu in secula, Amen.

Gratiarum actio post
cibum sumptum.

Gloria

Gloria tibi Domine, Glor
ia tibi sancte, Gloria ti
bi Rex, quoniam dedisti
nobis cibos in letitia, imple nos
spiritu sancto, ut iuenerimus in
conspicere tuo beneplacentes, non
erubescentes quando reddes u
nicuique secundum opera sua,
Qui cum Deo patre & spiritu
sancto, &c. Amen.

Athanasius sequentem
formulam (paulo pro
lixiorem) uirgini
sacræ præ
scribit.

Comede panem tuum gratias as
gens Deo super mensam tuam in
hunc modum.

Benedictus Deus qui alis
nos a iniurie nostra, q
das alimoniam omni carni,
imple gaudio & iactitia eorum no
strum

In libello
de uirgini
tate sue
de exerci
tatione.

strum, ut semper omnē habētes
sufficiētiā, abūdemus in omne
opus bonum in Christo Iesu do
mino nostro cū quo tibi gloria,
honor, & imperium, una cum
sancto spiritu in secula seculos
tum, Amen.

Cumq; accumbens mēse
cōperis frangere panē
primū te signato, de
inde gratias agens
dicio.

Gratias agimus tibi pa
ter noster pro sancta re
surrexiōe, per Iesum e
num filium tuō, noram nobis cū
fecisti, ut quēadmodū hic panis
erat super mēsam dīsributus,
& cōgregatus factus est unū sic
tua congregē Ecclesia à finib⁹
terræ in regnū tuō. Quoniam tu⁹
est potētia et gloria in secula se
culos.

cotorum, Amen.

Vbi uero surrexeris? mens
a rursus ḡras agens dicit o ter:
Misericors & miserator
dñs cibum dedit timētis
bus ipsum. Gloria patri
& filio, &c. Sicut, &c.

Postq; gloriā Deo dictā
rursus p̄fice p̄cationē sic dicēs:

D̄ens oipotēs, ac dñs nostre
Iesus Christus nōmē quod
est supra nōmē, ḡras agimus tis
bi ac laudamus te, q; nos tuorū
bonorū fecisti participes, uides
licet corporaliū alimētorū. Ro
gamus & obsecram⁹ te Dñe, ut
colestes nobis epulz largiaris
da nobis tremere ac reuereri a
derandum ac preciosum nōmen
tūsi ne pr̄tergre diāmūr p̄ce
p̄ta tua. Legē tuā et iusti: iactu
et iufere cordibus n̄ris. Sanctis

fica uero sp̄m n̄m, aſam noſtrā
& corpus noſtrū, per dilectū ſiſ
liſt tuū Iefum Christū dñm noſtrū,
cū q̄ tibi gloria, honor, & i
periū in ſecula ſeculorū, Amē.

PRECES DICEN dæ cum uadis cubitum.

Ita monet
Chryſoſt.
Homil. in
Pſalm. 50.

Primū recogita aētus tuo
& delicta eo die cōmissa,
& poenitēti corde dic tuū
confessionem.

Conſiteor omnipotenti Deo
cæli, & beate Marię uirgini &
omnibus sanctis Dei: Quod ego
inſoclix pētōr peccauī nimis ho
die & in tota uita mea, cōtra le
gesi Dei met, cogitatione, locuſ
tione, & opere, mea culpa, mea
maxima culpa: Ideo precor te
gloriosū uirginē Mariā & oēs
sanctos Dei, orate p̄ me pētōre
Deinde dic tres priores uera
sus ex Pſalm 50.

Misere-

Miserere mei Deus secundū
magnā misericordiā tuam
& secundū multitudinē miseras
nū tuar̄, dele iniquitatē meā.
Amplius lana me ab iniquitate
mea, & à pād̄ meo munda me.
Et tundens peccatū dic: Deus p̄
pitius esto mihi peccatori.

Postea dic Hymnum.

Christe q̄ lux es & dies,
Noctis tēbras deregis
Lucisq̄t lumē crederis,
Lumen beatum prædicans.
Preciamur sancte Domine,
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Quiescam noctem tribue.
Ne grauis somnus irruat,
Nec hostis nos intupiat,
Nec caro illi consentiens,
Nos tibi reges statuat.
Oculi somnū capiant,
Cor semper ad te uigiles,

Dexterz tua protegat,
Famulos qui te diligunt.
Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime,
Gubernia tuos famulos,
Quos sanguine mercatus es.
Memento nostri Domine.
In graui isto corpore,
Qui es defensor animarum.
Adesto nobis Domine.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq[ue] soli filio,
Cum spiritu paracleto.
Et nunc & in perpetuum. Am[en].

Deinde dic:

Gratias tibi ago Domine san
cte pater, qui me peccatorum
non meis meritis, sed tua sanctissi
ma gratia hunc diem transige
re fecisti, concede ut hac quoque
nocte, in tua pace transacta, res
urgam ad seruicium tibi Deo
uiuenti.

Salua nos Domine uigilates.
custodi

custodi nos dormientes ut nigi-
lemus cum Christo, & requies-
camus in pace.

Kyrieleison Christeleison

Kyrieleison. Pater nř. Ave
Marie, & ē. Credo in Deñ. & ē.

Dignare domine nocte ista,

Sine peccato nos custodire.

Miserere nostri domine:

Miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine
super nos. Quemadmodum spes
tauimus in te.

Esse nobis Domine turris for-
titudinis: A facie inimici.

Domine exaudi orationē meā,
Et clamor meus ad te ueniat.

Oratio.

Illumina quæsumus Dñe tes-
nebras nostras, & totius hu-
bris noctis inuidias, tu à nobis re-
pelle propitius, salua nos quæsu-
mus.

missus omnipotens Pater, & misere
tuam nobis cede perpetuum
per Christum dominum nostrum.

Ingredier's lectum sigs
na te, & dic:

IN nomine Patris & Filii &
Spiritus sancti. Custodi nos
domine ut pupillam oculi sub
umbra alarum tuarum protege nos
In manus tuas Domine commis-
do spiritum meum.
Redemisti me domine Deus ve-
ritatis.

Tibi honor & gloria in
secula seculorum,
Amen.

Et sic in domi.

FINIS.

OCN 65232038